# VBERTVS
## DE BONACVR SO.

CELEBERRIMI VE
teris inter iuris interpretes docto
ris do. Vberti de Bonacurſo au-
reũ & ſolẽne opus quod præludia
& exceptiones appellauit Sũma-
rijs & indice nũc primũ locupleta
tum. Vna cum utiliſſimis additio
nibus egregij iuriũ ꝓfeſſoris do.
Antonij de Tremolis e caſtro cor
duarũ Albigeſij oriundi. Opus ſa
ne quotidianum in iudicijs uerſati
le, patronis cauſarũ perneceſſariũ:
ita ut nil iucũdius, nil utilius queat
excogitari. Adiecit ſiquidẽ idẽ de
Tremolis ſexcenta fere ſingularia
praxim totam redolentia.

1 5 3 3

UVA. BHSC. IyR_228_4

## Eiuſdem de tremolis ad lectorem hexaſtichon.

Deterſa Uberti maculis preludia cunctis
Conſpice: qui legum dogmata ſacra colis.
Juris ceſarei ſunt hic monumenta priora:
Quis reus actoris pellere tela poteſt.
Addita ſunt ter mille illis legalia ſenſa:
Per de tremolis iuris amator habe.

UVA. BHSC. IyR_228_4

# Reuerēdiſſimo in chriſto

patri illuſtriſſimoq; principi ac dño dño Frãciſco de cla-
romonte ſancte Romane eccleſie tituli Sancti Stepha-
ni in celio monte cardinali digniſſimo apoſtoliceq; ſedis
in auinione ⁊ comitatu venayſſini in ſpiritualibus ⁊ tem
poralibus gñali vicario. Et in eiſdē dalphinatu prouin-
cia alijſq; adiacētibus terris de latere legato ac archiepi-
ſcopo auxitano meritiſſimo Anthonius de tremolis cū
omni veneratione Salutem.

SOlent reuerēdiſſime pater illuſtriſſimeq; princeps qui munus ſcribendi ſuſcipiunt ea que cuderint ⁊ in rerum quandā molem redegerint preſtātiſſimis ⁊ celebratiſſimis viris dicare a quibus vitam ſpiritumq; exhauriant quorumq; autoritate ⁊ patrocinio in medium erumpere ⁊ hominum cōſpectibus ſe audeant preſentare / autoribuſq; ipſis inde nomē creſcat et gloria. hinc iuris pontificij fons vberrimus ⁊ interpres locupletiſſimus Joā. and. cantatiſſimum illud quod nouellā appellauit opus bertrādo Hoſtienſi epiſcopo dicauit hinc baldus ille peruſinus iuris ceſarei alterū iubar quē nil ignoraſſe ſcribentes noſtri perſepe teſtātur egregia illa ⁊ prope modum diuina in vſus feudorum commentaria Joanni galeaz inſubrū duci ſub cuius ditione tunc papie legēs degebat cōſecrauit. Sic archidiaconus bononiēſis ſuū in decretū roſarium Sabinēſi epiſcopo ſic Felynus ſandeus ſua in de reſcriptis cōmentaria Oliuerio neapolitano cardinali. Jtidemq; alijs alij ſuas vigilias ſuaq; ſcripta dedicauere. Horū itaq; adorāda veſtigia imitat⁹ cū ſuperiorib⁹ ānis mihi in celeberrima tua auinionēſi achademia iura ciuilia ⁊ canonica ꝓfitēti opus vetuſtiſſimū ꝑludiorū ⁊ exceptionū dñi Uberti de bonacurſo titulo ꝑnotatū ad hec vſq; tēpora maligno fortune



UVA. BHSC. IyR_228_4

errore occultatū ꝛ ſepultū in man⁹ incidiſſet ad materia-
rūq₃ ciuiliū extriuſq₃ iuris interpretib⁹ multa ꝛ varia qui
bus autoris ipſius (cui tunc tꝑis apprime ſtudebat) mire
breuitati cōſultū eſſet delegiſſem: delectaq₃ per additiones
ſuis locis contexuiſſem ꝛ ordinaſſem illā locupletē ꝛ in iu-
dicijs pre ceteris verſatilē exceptionū materiā in quēdam
quaſi manipulū colligēdo in mētē ſolus veniſti a quo mea
ſcripta ſeu verius tranſcripta rudis forme ꝛ ineffigiata vi-
talē aurā ſpiritūve aſſumere poſſent. Tu inquā ſolus quē
ſumm⁹ ille opifex ꝛ totius orbis plaſtes oībus nature for-
tuneq₃ ac gratie bonis ita abunde donauit vt que ſuperio
ribus antiſtib⁹ ꝛ retro principib⁹ per partes preſtitit ple-
no vt aiūt cornu in te vno cumulauerit. In te quippe (vt a
primis ordiar) ſumma in deū religio. Tu deipare virginis
Marie ac ſanctorū oīm aſſidu⁹ ſanctificator ꝛ cultor. Tuā
nobiliſſimā ac prudentiſſimā genitricem ab antiquiſſima
omniq₃ nobilitate cōſpicua amboſiana domo originē tra-
hētem fratres ceteroſq₃ cognatos apprime venerariſ ꝛ co-
lis. Tu iuſtitiā equitatēq₃ ita ſedulo obſeruas vt ius ſuum
vnicuiq₃ illeſum tribuas: vt nullus gratie nullus odio: nul
lus fauori: que humanum ſolēt peruertere iudicium apud
te locus eſſe poſſit: quo fit vt aurea illa priſca ſecula ad has
q̄ ſub tua ditione ſunt terras redijſſe credant. Non enim a
potētiorib⁹ (vt prius factū vidim⁹) tenuiores peſſundant
aut vlla ex parte opprimunt. Nō furta aſſidua: nō rapine:
nō hōmicidia: nō adulteria: nō ſtupra ꝛ inceſt⁹: ceteraq₃ id
gen⁹ flagitia perpetrant. Et ſi qn̄ perpetrari contingat ita
ſeuere ꝑ tuos quos ꝓbos deligis magiſtrat⁹ puniri iubes
ꝛ facis vt vnius pena ꝛ ſuppliciū cūctis pauor ꝛ metus exi
ſtāt: quo nil cōducibili⁹ nilve laudabili⁹ in principe inue-
niri pōt. Sūma tibi in rebus agēdis prudētia in aduerſis
quib⁹ altiſſimus dn̄s ſuos velut in fornace aurū ꝓbat ſum-
ma cōſtātia ꝛ inuicti animi fortitudo diuinarū ꝛ humana-
rū literarū imprimis quoq₃ ꝛ pōtificij ꝛ ceſarei iuris ſciētia
ita calles vt ſapiētia e celo crediſſe credat. Tāta eſt igenij

UVA. BHSC. IyR_228_4

vis vt in iure(qđ lubēs facis) publice reddēdo noua queqꝫ dubia nouosqꝫ iuris nodos ita ex tpe diſſoluas:vt aſtantes ſummi iuriſcōſulti ſtupeāt ⁊ tuā prudētiā admirent ⁊ laudēt.Quodqꝫ mirabile dictu eſt cauſidicos ipos corā tua reuerēdiſſima paternitate cauſarū merita pādētes ⁊ eorum animi cōceptū priuſqꝫ ītegris verbis id expreſſerit ꝓuides ⁊ ꝑſentis.Precipitationē iuſtitie nouercā ita exoſam habes vt niſi pri⁹ nature negotio digeſto nil graue vnqꝫ ſtatuere viſus ſis. Jurecōſultos ceteroſqꝫ literatos viros eo fauore ꝓſeq̄ris vt ītra pauciſſimos annos alma hec tua auinionēſis vniuerſitas oīm ⁊ vltra ⁊ citramōtanarū te autore ꝓcipua futura ſit ⁊ antiquū decorē receptura ſperetur. Pretereo illā tuā gn̄is nobilitatē q̄ meo illepido ſermone poti⁹ denigrari aut labefactari qꝫ lucidior fieri poſſet.Pretereo itē tuas animi egregias dotes ī pauperes ⁊ afflictos pietatē ī tuos ciues comitatē ī domeſticos māſuetudinem equanimitatēqꝫ ī ſubditos affabilitatē a cui⁹ cōſpectu nemo vnqꝫ quātū deplorat⁹ inaudit⁹ abire viſus eſt. Vn̄ fit vt tuā abſentiā tuo pp̄lo meſtitiā ꝑſentiā vero gaudiū ⁊ exultationē afferre ꝯſpiciam⁹ ⁊ experiamur:vnū hoc nūc a dijs immortalib⁹ ꝑſtari mihi vehemēter exoptē vt in explicādis innumeris tui generoſiſſimi animi virtutib⁹ mihi ipſi ſatiſfacere poſſem. Qua ī re et ipm quoqꝫ titū liuiū lacteo eloquētie fōte manantē ceteroſqꝫ eloquijs p̄res etiā ſi id totos facūdia neruos ītēdiſſent ſuccubuiſſe defeciſſeqꝫ nō ambigo.Suſcipe igit reuerendiſſime pater illuſtriſſimeqꝫ princeps quo ſoles vultu hos nr̄os exiguos labores meeqꝫ temeritati ac īſolētie qđ tm̄ ⁊ tātis virtutib⁹ īſignitū virū mea rudi ⁊ inculta auſus fuerim oratione pulſare ignoſce q̄ſo ⁊ veniā da.Sūmū illū Jouē q̄ cuncta ⁊ īferiora ⁊ ſuperiora miro ordine diſponit ſupplex oro: atqꝫ vtinā exorē vt neſtoreos tibi annos preſtare ſanctaqꝫ tua deſideria cōplere ⁊ poſt huius vite curricula beatorum pōtificum conſortio aggregare dignetur.Uale antiſtes digniſſime et princeps clementiſſime.Ex tua Auinionenſi achademia.



UVA. BHSC. IyR_228_4

¶ Reuerendo patri domino Antonio de fontauillis ſancte ſedis apoſtolice ꝓtonotario prepoſitoqꝫ eccleſie Carpẽtratẽſis ⁊ archipreſbytero Arelatenſi digniſſimo ac camere apoſtolice Carpentrateñ. iudici equiſſimo comitatuſqꝫ venaiſſini theſaurario meritiſſimo Atonius de tremolis. S. P. D.

VIgilias noſtras reuerẽde pater ⁊ equiſſime iudex exceptionum materiam complectẽs reuerendiſſimo domino noſtro Auinionenſi legato iampridem dicatas eiuſqꝫ reuerendiſſime paternitatis conſpectibus ſine ductore ac interceſſore ſe preſentare erubeſcentes ad te prius tranſmittendas dignum duxi. Sub cuius beneuolentie clipeo ⁊ ductu ſecurius tanti preſulis conſpectum ſubintrare poterunt cum ⁊ ſecretorũ ſecreta teneas ⁊ in agendis rebus tuo cuncta fere nutu ſalubriter ⁊ prudentiſſime dirigantur. Tua itaqꝫ in me beneuolentia ⁊ humanitate quibus me proſequi non deſiſtis fretus munuſculũ noſtrum ab ipſo reuerendiſſimo domino noſtro ea frontis hylaritate qua ſolet ſuſcipi certiſſima ſpe intueor. Uale patrie noſtre albienſis decus. Ex valriaco.

UVA. BHSC. IyR_228_4

¶ Egregio viro domino Antonio de tre-
molis iurium profeſſori: et amicorū intimo
Antonius fontauallis. S. P. D.



Igilias tuas amice frater in quib⁹ ple
raqʒ ex intimis vtriuſqʒ ⁊ pontificie ⁊
ceſaree cenſure penetralibus congeſſi
ſti reuerēdiſſimo domino noſtro lega
to a te dicatas ad me nuperrime tranſ
miſſas: ⁊ tuo nomine eidem domino
per me preſentatas. ita hilari profe-
cto ac ſereno vultu ſuſceptas teſtor: vt
animum tuum ad maiora merita poſ
ſint accēdere. Eas itaqʒ calcographis per te tradi imprimē-
das conſulimus ⁊ monemus: vt nouerint qui te amāt quan
tum reipublice conſultum volueris. Uale ex Carpeñ.



UVA. BHSC. IyR_228_4

# ¶ Rubrice titulorum huius operis.

¶ De recuſationibus. fo.j.
Quibus modis ſuo nomine ciuiliter agen. fo.vij.
De exceptionibus procuratorum: ⁊ que ſimplicibus procu-
ratoribus opponuntur. fo.xlviij.
De exceptionibus que procura.in rem ſuam. fo.xlix.
De exceptio.opponendis ſindicis vel acto. fo.l.
De exceptio.opponendis tuto.⁊ cura. fo.eodem.
De exceptio.contra actorem a tuto.conſti. fo.lj.
Quibus modis curato.furio.prodi. fo.eodem.
Quibus modis examen ordinarij iudi.decli. fo.eodem.
De impedi.⁊ exceptio.que contra reſcripta ⁊ delegatos iudi
ces opponuntur. fo.lviij.
Quibus modis citatio impune conte͞ni poſſit. fo.lxxij.
De peremptorijs exceptionibus. fo.lxxvij.
De exceptio.⁊ beneficijs que poſt diffinitiuam ſententiā op-
ponuntur. fo.xciiij.
De impedi.executionis ⁊ cauſis nullitatis. fo.cxj.
De impedi.que impediunt compromiſſarium arbitrum iu-
dicare et quemadmodum arbitria deludantur. fo.cxxxv.

UVA. BHSC. IyR_228_4

¶ Practica preſtãtiſſimi viri Uberti de bonacurſo ſummarijs ac indice nunc primum locupletata.

# Preludia[a] et exceptiones[b] domini Uberti de bonacurſo.

Preludia.pu a to ꝙ p preludia domi.Ubertus intelligat ea que fiunt ⁊ tractantur coraz iudice ante litem conteſtatam ⁊ ſic dilatorias.que enim fiunt ante litem conteſtatam appellantur preludia vt voluit glo.not.in aut.in med.lit.non fir.ſac.for.§.fina. gloſſ.prima. colum. viij.quam ad hoc allegauit Bald.in lege vna.§.ſimiliq; modo.in ſecundo. C.de lati.lib.tol.et eam ad hoc dicit not.Jaſon.in.l.cum fundus in prin. ff.ſi cer.pe.gloſſ.tamen illa proprie loquitur de proemijs Anto.de tremolis iuris vtriuſq; doctor.

b ¶ Exceptiones.Quid autẽ ſit exceptio: vt a diffinitione exordiamur prout nos docet cicero officiorum primo colligi poteſt ex lege ſecũda.ff.de excep.ꝙ eſt ius reo.competens ad eligendam excludendamve actoris intentionem.in qua diffinitione comprehẽdes dilatorias ⁊ peremptorias et exceptiones iuris ⁊ intentionis ſiue facti.Differt autem exceptio a defenſione ſtricte ſumpta quia exceptio proprie eſt que actionem preſupponit defenſio non.imo ipſo iure tollit ⁊ oſtendit ius agendi actori non competere:ſed eſſe ſine actione in iudicio improprie autem dicitur exceptio cuz nullam actionem excludit.hanc differentiam faciunt gloſſ. Joan. andr. Domi. de ſanc.gemi.⁊ phi.fran.in capitulo ſecundo gloſſ.iij.de litiſcon.libro ſexto.et Specu.in titu.de excep. §.primo.verſicu.defenſiones autem. ¶ Sed ex doctrina Barto.in lege prima.§. et parui. ff. quod vi aut clam. Barto.Bald.⁊ Angel.in lege plane. ff.de peti.hered.colligi poteſt notabilior differentia dicunt enim ꝙ ſi ſtatutum precludat facultatem opponẽdi exceptiones puta ꝙ contra inſtrumentum guarentigie nulla niſi ſolutionis poſſit opponi exceptio. ꝙ tamen poterit miſericorditer implorari iudicis officiuz vt actorem repellat ne locupletet cum aliena iactura:quia iure nature iniquum eſt ꝛc. l.iure nature. de reg.iur.ff.ex hoc per d.l. plane ⁊.l.ſi.illo eod.titu. ¶ Quod ſecundum eos procedit niſi ſtatutum prohiberet facultatem etiam opponendi aliquam defenſionem .quia tunc iudicis officium non poſſet implorari. Ecce ergo qđ volunt prefati docto. ꝙ exceptio ſit ius in perſona rei reſidens.Sed defenſio reſideat in officio iudicis implorato. ¶ Cõmunis tamen vſus loquendi non facit diſcrepantiam inter exceptiões ⁊ defenſiones vt etiam ſentiebat fran.verſicu.et ibi alij referunt in dicto capitulo primo imo communis loquendi curialium vſus in regno francorum magis vtitur verbo defenſionis.quo dato.doctrina Barto.prepoſita non procedet cum etiam in ſtatutis communis vſus loquendi proprie proponatur ſignificationi Barto.in lege labeo.in fin.j.colum.ff.de ſup.leg. ⁊ in lege librorum.§.quod tamen caſſius. de leg.iij.per Barto. et moder.de no. oper.nun.ff. ¶ Exceptionum autem quedam dicuntur actionis ſiue iuris quedam intentionis ſiue facti.vt per gloſſ.in lege ſecunda.ff.de excep.iuris ſunt que actionem preſupponunt vt pacti de nõ petẽdo.facti que actionez actori non competere oſtendunt vt ſolutiõis quas compleatur defenſiones.appellat glo.in dicto capitulo primo.⁊ autor iſte dicit magiſtraliter vocari exceptiones intentionis cum de facto agitur et de facto excipitur.

UVA. BHSC. IyR_228_4

## a De recuſationibus[a].

j.tit.de perem.excep.verſic.aīaduertat.¶Et erit notabilis differētia inter eas.quia in exceptionibus facti ſeu intentionis ſupplebit iudex etiā ſi pars non opponat dummodo ſibi conſtet ex actis talem exceptionem reo cōpetere. Non ſic in exceptionibus iuris ſiue actiōis in quibus reū non abſoluet ex cauſa exceptiōis ſibi competentis niſi reus opponat ⁊ petat etiam ſi ſibi conſtaret ex actis per doctrinam glo.in.l.ſi vnus.§.pactus in ver.in pactis.et ibi albe.⁊ Bartol. in.vij.colū. Paul.⁊ Alexā.in vlt.ff.de pac.et gl.in.l.vbi pactum.⁊ ibi oēs. C.de trāſ.et Alex.in.l.vna.col.ij.C.vt que deſunt aduo.par.indic.ſup.ad quod gl.reputata ſingularis in.l.qui cum maior.§.ſi patris.in ver.calumnioſam.de boñ.liber.ff.et glo.no.in l.j.in verſi.libellis.ff.de offic.aſſe.pro quo tex.melior de iure ſecundum Jaſo.ibi.in.l.veluti.ff.de verbo.oblig.⁊ in proprijs terminis tenet Pau.de caſtro.in dicta lege ſecunda.¶Que autem ſint iſte exceptiones intentionis in quibus iudex poteſt ſupplere dic ꝙ exceptio ſolutionis acceptilationis nouationis contrarij conſenſus reintegra.inſtitu.quibus modis tolla.obliga.per totum lege ab emptione.ff.de pac.Jllis enim modis tollitur omnis obligatio vt ibi.

¶Item exceptio vſucapionis per quam queritur dominium directum et vtile.gloſſ.et Baldus in lege in rebus.in verſiculo.exceptio.C.de iure dotium.Alexander.in additio.ad Bartol.in dicta lege ſecunda.ff.eodem: oſtendit enim exceptio vſucapionis nullum ius competere aduerſario.¶Item ſexto exceptio pacti de non agendo ex maleficio quia per illud tollitur in totum obligatio ex ipſo maleficio deſcendens lege ſi tibi decem.§.quedam.et ibi rationem aſſignant ſcribentes.ff.de pactis.et dicto.§.pactus.verſiculo ſed ſi pactū.

¶Septimo exceptio pacti de non petendo facti ei qui tutus erat alia exceptione puta macedoniani vel velleiani.gloſſ.et Baldus.in vtraq; lectura Angelus Paulus Alexander et Jaſon in lege legitima.ff.de pactis.¶Octauo exceptio pacti de nō petendo ſecuta abſolutoria quo caſu pactum tollit naturalem obligationem ſententia vero abſolutoria ciuilem.et ſic actori nullum agendi ius competit.Barto.et Jaſon.in dicto.§.pactus.de quibus latius dic vt in locis preallegatis.¶His ergo et ſimilibus caſibus poterit iudex actorem repellere etiam parte non opponente per premiſſa.¶Licet regulariter ad priuatam vtilitatem iudex officiū ſuum niſi miſericorditer imploratu; impartiri non debeat lege quarta.§.hoc autem iudicium.ff.de damno infecto.iuncta gloſſa.in rubrica.ff.de interrogato.actioñ.¶Licet etiam notorium non releuet ab onere proponendi ſed ſolum ab onere probandi per gloſſam ſingularem reputatā.in clemēti.appllāti in verſiculo alias cauſas.de appellationibus quam dixit ſingularem et approbatam Jaſ.in lege ſecunda.columna ſeptima.ff.ſi quis in ius voca.non ie.et ante eum Alexand.in dicta lege vna columna prima.Si ſecus in hoc notorio reſultante ex actis videlicet quod actori ius agendi non competit per predicta.

a ¶De recuſationibus.Recuſationem diffinit Specu.iſto titulo in pn̄cipio ⁊ ante eum tancre.in tra.de iu.ordi.iſto titulo quam refert.Joan.andr.in additio.ad Specula.ibi.ꝙ eſt iuriſditionis ſiue audientie cauſa ſuſpitionis propoſita declinatio.Unde recuſare ſecundum Joan.and.vbi ſupra poſt Ricar.eſt iudicem ſuſpectum ante lite.conteſta.proclamare; in diffinitione Specu.puto ideo dici iuriſditionis vel audientie vt oſtē-

UVA. BHSC. IyR_228_4

In conſtructione et declinatione iudicij primum eſt de perſona iudicis inquirendum.
Iudex ordinarius regulariter nō recuſatur: delegatus autem ſepe remouetur.
Sacramenti timore: litigatorum calumnia ſepe refrenatur.
Delegatus a papa poteſt iure canonum ſuam ſententiam proſequi ſecus de delegato principis.

C Uz de mā dato maieſtatis imperialis ego ubert⁹ de bonacurſo iuris ciuilis profeſſor legens in legibus reſidederem in vercellenſi nobili ciuitate a multiſq; meis ſocijs nobilitate ſanguinis et ſapientie ciuilis[a] generoſis qui mihi in dicte ciuitatis ſtudio fecerunt honorabilem comitiuam forem multimode exhortatus ut eiſdem opus ſub-

dat et ordinarium ⁊ delegatum etia3 arbitrum poſſe recuſari. ordinarius enim proprie habet iuriſditione3 delegatus vero vſum ordinarie. lege prima .§. qui mandatam. ff. de offi. eius
cui man. eſt iur. et
arbiter notionem
tantū. lege ait pre 1
tor. in pūcipio. ff.
de re iudica. ¶ De
quo videlicet an 2
ordinarius poſſit
recuſari dices .j. eo
dem titulo in ver 3
ſiculo non recuſa-
tur. ¶ Secundo in 4
eo quod dicit pro-
poſita cauſa ſuſpi-
tionis ſentit pro-
ponendam cauſa3
ſuſpitionis coram
iudice de q̄ etiā di
ces infra eode3 in
verſiculo ſuſpectū
putat. ¶ Et an ſit
proponenda cau-
ſa ſuſpitionis in
ſcriptis ⁊ quando
ſit proponenda re 5
cuſatio dices īfra
titulo de impedi.
que iudi. verſicu.
nouiſſime deleg. ⁊
v̄ſicu. ſequenti. de
cauſis etiam ſuſpi
tionu3 dicetur ibi. Antonius de tremolis.

a ¶ Sapientie ciuilis. Clare ergo innuit legum profeſſores dici generoſos vnde gloſſ. Cynus. Baldus. ⁊ Salycetus. in lege prouidendum. C. de poſthu. dicunt ſcientiam facere hominem nobilem. ad quod etiam text. in lege ſecunda. §. finali. ⁊ ibi Barto. nota. ff. de excuſatione tutorum. et text. et ibi aliquid per Bartolū in lege prima. C. de conditis in publi. hor. libro decimo.
¶ Dicebat etiam Cynus in lege prouidendum. C. de poſtula. quam refert Ludouicus Romanus ſingulari ſuo ccccccxlvj. incipiente nobilitas. quod nobilitas ſcientie prefertur nobilitati generis. et Cyn. etiam refert Bertha. in verſiculo. nobilitas. vterq; tamen corrupte allegat Cynum. in lege quiſquis. C. de poſt. ⁊ Cynus. ſimpliciter dicit quod qui meruit ſua virtute nobilitatem habere magis eſt dicendus nobilis quam qui ex nobili genere deſcēdit. ¶ Dicit ſimiliter Salyce. in dicta lege prouidendum quod ſcientie nobilitas clarificat hominem interius et exterius: ſed ſola nobilitas generis nō qualificat hominem. Ideo ſecundum eum licet q̄s ex nobili p̄ſapia vel genere deſcendat non tamen dicendus eſt nobilis niſi bonis polleat moribus.
¶ Cōmuniter tamē concluditur qd̄ nobilis nō virtuoſus prefert v̄tuoſo licet ignobili. S3 nobilis virtuoſus prefertur virtuoſo ignobili q: data paritate v̄tutis p̄fertur qui eſt de meliori ſanguine Bal. i l. nemini. C. de aduoc. diuer. iudicio. ⁊ pa. in. c. venerabilis. col. ij. de p̄ben. dicens elegāter qd̄ licet nobilis virtuoſus ſit magis honorandus tamē virtuoſus ignobilis eſt magis commendandus. ⁊ de nobilitate vide aliq̄ per Feli. in. c. ſup eo. de teſti. col. ij. ⁊. iij. et de nobilitate q̄d ſit ex qb⁹ cauſet̄ ⁊ de multis p̄uilegijs ei⁹ vide late ⁊ elegā ter per domi. Pari. de put. in tract. de

UVA. BHSC. IyR_228_4

re.mili.⁊ duel.lib.vij.capitulo primo et de nobilibus nõ virtuoſis vide que dixit Bald.in lege per adoptionẽ.ff. de adopti.¶Et an doctor licentiatus ſint dicendi nobiles et vtrum militi preferantur vide remiſſiue per clariſſimum iuriſcõ, do.Nyc.boe.chriſtianiſſimi et inuictiſſimi frãcorũ Regis i magũs cõſilio ꝯſiliarũ gloſſatorẽ conſue, vitie. titu.j.§.vj.

a ¶Et arbitrorũ. Non dixit ⁊ arbitratorum.quia etiã ſi arbitrator iuris ordinem ſeruaret litem cõteſtando ⁊c. c non tamen diceretur iudicium vel proceſſus. ita ſingulariter dixit In e nocen.in capitulo quintauallis.⁊ ibi Pa.et alij multum commendant illud dictum de iureiuran.et dicetur infra titulo fina.in rubrica. Antonius de tremolis.

b ¶Peremptorias.que dicãtur peremptorie exceptiones ponit idem auctor.j.titulo de perem.excep. verſicu.j. ¶Que autem dicantur dilatorie dices.j.titulo primo in rubri.et quando debeant ꝓponi et probari dicetur j.titulo de impe.ſeu exce.que de leg. iud.oppo.verſi.et eſt ſciendum.Antonius de tremolis.

c ¶Criminalibus. quando autem dicatur cauſa criminalis ſiue criminaliter agi de crimine.et quando ciuiliter dices.j.titu.j.§.diximus.

d ¶Sub breuiloquio.quia domin⁹ vber.apprime breuitati ſtuduit nemo me de additionum prolixitate inculpabit.Malui ſi quidem et longe vtilius arbitratus ſum addendo aliqua decidere ꝗ moderniorum more nu-

das ad ſcribentes remiſſiones facere ꝗ maxime quia omnibus preſertim practice operam nauantibus (quib⁹ noſtrum deſudat ingenium) amplam librorum ſupellectilem habere datũ non eſt.Ant.de tremolis.

compendio compilarem: per quod proceſſus litigatorum iudicum ⁊ arbitrorum[a] legitime valeat impediri: eorum iuſtis et promeritis precibus humiliter condeſcendi. Et preludia ſeu impedimenta legitima ſiue exceptiões dilatorias peremptorias[b] et anomalas et beneficia legitima opponendas et opponenda ante litis conteſtationem et poſt litem conteſtatam ⁊ poſt ſententiã et cõtra executionem et cõtra appellationem tam in ciuilibus cauſis quam etiam in criminalib⁹[c] ſub breuiloquio[d] prout mihi iuris prouidentia miniſtrauit fideliter compilaui. Deuotiſſime rogans eos nec malitioſe vel per calumniam[e] ſeu fru-

e ¶Per calumniam. Hic cadit pulcherrima dubitatio vtrum fouens iuſtam cauſam in principali poſſit ſine peccato ꝑ cauillationes et ſubterfugia vincere et ſe defendere aduerſariũq; calumnioſum decipere.in quo articulo gloſſ. videntur variaſſe: quia glo.in regula exceptionem obijciẽs. lib.vj. videtur ſentire non licere vti cauillatione cum reprobet illam practicam reſpondendi nego me promiſiſſe ⁊ poſito ꝙ promiſerim feciſti pactum de non petendo:⁊ hoc ideo quia docet mentiri vbi ſcientia ex veritas eſt in contrarium. pro qua gl.bene facit tex.in.c.ne quis arbitretur.⁊ in.c.omne genus mendacij.xxij.q.ij.vbi nec q̃libet fallacia vita hominis eſt defendenda.et quod ꝑ illum text.voluit Hoſt.in ſumma.de peni.et re.§.que interrogationes.verſicu.ſi quis a me querat hominẽ latitantem ⁊c.¶Contrarium tamen tenent gl.in.c. dominus noſter.xxij.q.ij.⁊ ibi ſequitur Archi.et gl.in.c.cupientes.in princi.in verſi.malignantium. de elec.li.vj.et ibi domi.⁊ alij pro quibus eſt, text.in.l.cum pater.§.titio in cauda.ff.de lega.ij.que dicit ſolennẽ Iaſ.in.§.in bonefidei col.antepe.inſtitu.ð actio .itellige ſane dũmodo falſa probatio periurium vel mendacium non immiſceatur ſm Bald.in rub.C.

UVA. BHSC. IyR_228_4

ſtratorie his vtant̃. ¶ † Et ꝗꝛ in
conſtructione et declinatione iu=
dicij primum ſit de perſona iudi=
cis[a] inquirendum. vt in ſumma
de iudicijs. dominus meus[b] do=
cet tamen circũſpecto conſulto
aduocatione primum contra iu=

de fide inſtru. col. viij. verſicu. inciden
ter quero. et Joan. de Jmol. in. c. j. de
mut. pet. ⁊ Anto. de but. in. c. per tuas
in fine qui fi. ſint legi. dicentem theo=
logos ita tenere prout refert et ſequi=
tur aureus doctor
Alexand. de imol. i
in. l. qui totã. ff. ad
trebell. et aliquid
per Jaſ. in. l. fin. §. a
ſed ⁊ ſi ſtipulator. b
ff. de eo per quem
fac. erit. de Alexã.
nullam faciẽs mẽ
tionem. ¶ plus volunt Jmo. ⁊ Alex.
locis preallegatis ꝙ etiam ſi interue
niret mendacium. non tamen pecca=
bit mortaliter ſed venialiter tantum
ad quod Alex. ponderat tex. in. d. c. ne
quis arbitretur. verſic. duo vero ſunt
genera. vbi mentiri cõſulendo ꝓprio
non eſt magna culpa ſed reſiſtendo
per mendaciũ ⁊ cauillationes proxi=
mo meo qui nititur a me iniuſte exi=
gere ego conſulo anime eius ne pec=
catum mortale incurrat igitur nõ erit
magna culpa faciũt. que de iiuſte icar
cerato. de Alex. tertio ⁊ de queſtio. fur
ti poſt doctores ponit hypo. de mar.
ſingula incip. Malicijs hominum id
eſt mortale peccatũ. facit quod deci=
dit Pet. de ancha. in regu. poſſeſſor.
ver. iuxta predicta quero. de regu. iur.
lib. vj. ⁊ Domi. in. d. c. cupiẽtes. de il=
lo qui in ſecreto ſoluit ⁊ poſtmodum
qui crediderat iterũ petit iuramentũ
defert ꝙ ſecure poterit iurare qui ſol=
uit ꝙ non fuit ſibi mutuatum ſi ſu=
per mutuo iurare cogat̃. Ante. de tre.
a ¶ De perſona iudicis. Adde archi.
in. c. nullus. iij. q. iiij. dicentẽ pri⁹ de
iuriſditione iudicis excipiendum ꝗꝫ
de mandatis ꝓcuratorũ. ⁊ Bart. in. l.
quidã cõſulebat. col. ij. in prin. verſic.
quero qñ debeat. cõcludit ab initio
debere opponi contra perſonã iudi=
cis anteꝗꝫ contra libellum vel perſo=
nam actoris opponat al's videtur eũ
in iudicẽ approbare per. l. fi. C. de ex=
cept. et. l. ſed ⁊ ſi ſuſceperit. in prin. ff.

de indi. ⁊ idem cũ Bar. fe. Alexan. in
fi. C. de iudi. dicẽs rectũ or[illegible] bis re=
prius opponat̃ cõtra iudicez [illegible]imis
ei⁹ pſona legitime pſone litigãt[illegible] et
Ang. peru. in. d. l. ſed ⁊ ſi. colum. j. d[illegible]i
bat ꝙ recuſatio i[illegible]
dicis debet ꝑmit=
ti ante alias dila=
torias. Et inter ex
ceptiones que cõ=
tra iudicẽ poſſunt
opponi illa debet
prius ꝓponi que
attinet ad iuriſdi=
tionem ideſt per quam negatur iu=
riſditio in eo. teſte Spe. ti. de excep. §.
viſo. ver. porro. inquit eniz ꝙ licet ma
giſtri dicant ſuſpitionem premitten=
dam tamen prius apponenda eſt ſe=
curis ad radicem iuriſditiõis. ¶ Hoc
idem voluit Bal. poſt Recuperinz de
ſancto miniato. in. d. l. fi. C. de iudi. di
cens ꝙ ſi quis velit opponere contra
iudicem exceptionem incompetẽtie
et ſuſpitionis ꝙ procedere debet ex=
ceptio incompetentie que preſuppo=
nit nullam iuriſditionem in eſſe. Sed
exceptio ſuſpitionis preſupponit iu=
riſditionem. et venit ad eam eliden=
dum et ſequitur Feli. in. c. inter mona
ſterium, columna. v. de ſenten. et re
iudi. rectus igitur ordo erit prius cõ=
tra iudicem ꝗꝫ cõtra actorem vel libel
lum ⁊ prius de iuriſditionis defectu
et incompetentia ꝗꝫ de ſuſpitiõe oppo
nere. ¶ Et iõ dicebat formaliter Bar.
in. d. l. fi. C. de exceptio. ſis cautus q?
ſi tu opponeres contra libellum vel
procuratorem non poſſes poſtea op=
ponere exceptionem incompetentie
iudicis ⁊c. et ita firmat Pau. de caſtr.
in. l. exceptionem. col. fi. de probatio.
C. ⁊ aliquid per domi. Aufre. in decisi.
capi. tholo. clxxx. incipien. Si aliquis
fuit conuentus. et ita etiam boni pra
ctici diligenter obſeruant. Antonius
de tremolis.
b ¶ Dominus meus. de Azon. lo=
quitur qui hoc ibi dicit in. §. in con=
ſtitutiõe. ¶ Ex hoc itaꝗꝫ loco conijce

UVA. BHSC. IyR_228_4

dicem opponat exceptiones niſi pſomptas ⁊ expeditas ⁊ quas notiſſimas competere videat clien=tulo cui patrocinatur[a] quia iu=dex aut eſt ordinarius aut eſt de=legatur. ☙†Si ordinari⁹ regulariter non recuſatur[b]. C. de iuriſdi tione omnium iudicum lege vlti=ma. et. C. de decur. lege curiales qui honorariaꝫ. lib. x. licet eidem interdum propter ſuſpitionem locorum epiſcopus vel archiepi=ſcopus aſſocietur vt in autk. vt dif=feren. iudices. §. ſi vero contigerit

P autoritatem quod et ex re. mili. ⁊ .bus vnus. et vaſis electio=et de fontis legum (vt verbis vtar dixiti in lege contractus columna. de e fide inſtrumen.) id eſt domini Azonis fuerit di=ſcipulus.

☙Huius etiã do=ctoris meminit totius praxis pater Guilliel. duran. in ſ proẽ. ſui ſpeculi columna quarta verſiculo cete=rum. et ibi Joannes andree. in additionibus. in verſiculo plurimis ponit principium huius operis. ac etiã atteſtatur bagarotum idem fere per omnia opus feciſ=ſe. alterum[que] furem fuiſſe noſtri etiaꝫ vberti meminit idem Specu. in titu. de exceptio. §. viſo. verſicu. ſed ⁊ opponendo ⁊ ſequenti. ⁊ in titulo de recu. §. fit autem recuſatio. verſiculo item ſecundum titu. ⁊ titulo de actore. colum. vigeſimaprima. verſiculo quod ergo ſi directus. ⁊ in infinitis alijs locis eũ allegat et in teſtem citat vtpote cuius nõ parua in iure ceſareo fue=rit autoritas. Quinimo Specul. ipſe opus hoc maxima ex parte in ſuum tranſcripſit. ☙De viro etiam iſto cõ=memorat Joannes andree in addi=tio. ad ipſum Specula. in rubrica. de iudi. delegat. in rubrica. de arbitris et arbi. in rubrica. de ſindi. de ycon. de citationibus. de recuſationibus. et alibi millies. Antonius de tre.

a ☙Patrocinatur hoc totum pendet vſ[que] ad verſiculum ſi contigerit. infra eodem.

b ☙Non recuſatur. Intellige ſecundum iura ciuilia. ſecundum que ordinarius non poteſt recuſari ſed adiungitur ei epiſcopus ⁊c. quod tamen nõ ſeruatur de conſuetudine ſed ſufficit probus homo ſecundum Guillelmũ de cugno. Baldum. Salicetum. Paulum de caſtro. ⁊ Jaſon. in autentica ſi vero contigerit. C. de iudi. ☙Sed de iure canonico etiam ordinarius po=teſt recuſari tanquam ſuſpectus ꝑ capitu. ſi quis contra clericum. de foro competenti. capitulo ſuſpitionis de officio delegati. tex. gloſ. ⁊ ſcriben. in capitulo cum ſpeciali. de appellationibus gloſſ. in capitulo ab arbitris. de officio delegati. in ſexto. cum ſimilibus. Et ius canonicum ſeruabitur in ſuo foro et ciuile in ſuo cum non ſit queſtio peccati gloſſ. et ſcriben. in capitulo ſecundo. de arbitris. in ſexta gloſſa. in capitulo ſecundo. de regulis iuris. eodem libro. per Bartolum. in lege priuilegia. C. de ſacroſanctis eccleſijs. ⁊ per eundem in lege quia poterat. ff. ad trebellianuꝫ. et per canonicum in capitulo primo de noui operis nũtiatiõe. ☙Aduerte tamen qđ etiam iure ciuili in quibuſdam caſibus iudex ordinarius recu=ſatur vt ſuſpectus ⁊ remouebitur nec dabitur adiũctus primus ſi fuit ad=uocatus alterius partis in illa cauſa quo caſu alteri delegare poterit lege ſolet. cum lege ſequenti pretor. ff. de iuriſditione omnium iudicum. et di=cetur. infra titulo quibus modis exa=men. iudicijs ordinarij declina. verſiculo ratione cauſe. in verſiculo ad=uocatus.

☙Secũdus in caſu legis q̃ iuriſditiõi preeſt. ff. de iuriſditione oĩm iudicũ. hoc tamen caſu non delegabit ſecundum Albericum et Paulum in lege iulianus. in ſecunda. ff. de iudi. et di=ces. in dicto verſiculo ratione cauſe.

UVA. BHSC. IyR_228_4

collatione nona. Si vero eſt dele-
gatus cum magna difficultate ſe
piſſime remouetur et maxime ſe-
cundum Mar. et canoniſtas qui
ſuſpitiōis cauſam corā iudice exi
gūt allegari et allegatā coraꝫ ele-
ctis arbitris comprobari vt in ex-
a trauagan.[a] de officio iudicis de-
leg. ſuſpitionis cauſa. Sed ſecun
dum Azo. et Joannem. poteſt fa-
cillime remoueri eoipſo quod li-
b tigator eum ſuſpectum putat [b]
nulla cauſa ſuſpitionis allegata

Tertius generalis vbicunqꝫ eſt veriſimile iudicem non eſſe ſibi contrarium per nota. in lege eos. in principio. C. de appellationibus. puta qꝛ fuit iudex. In prima inſtantia ⁊ nunc eſt iudex appellationis ſecundum Baldum in lege apertiſſimi columna prima. in fine. verſiculo ſed quero. in fine. prime additio. huius columna. Adde tamen iudicem non poſſe recuſari in notorijs delictis qꝛ in notorijs non expedit ſententiare ſꝫ exequi et punire iuxta iuris ſententiam nec requiritur iuris ordo. capitulo quoniam. de filijs preſbyterorum. capitulo euidentia. de accuſationibus. ſed executor non recuſatur ſuſpectus. capitulo nonit. in fine. et ibi omnes. de appellationibus. Specu. titul. de recuſatio. §. primo. in fine. ergo nec iudex in notorijs procedens de quo eſt tex. in capitulo propoſuit de appellationibus. ¶ Sed hoc intellige quando pena pro delicto eſſet a iure impoſita. Secꝰ ſi arbitraria per ea que dixi. infra titulo quibus modis exac. iudi. or. decline. verſiculo ratione cauſe in additionibus ſuper verſicu. cauſa ꝓpria. in tertia fallentia. C. de indi.

a ¶ Extrauaganti. Iſta decret. ſuſpitionis eſt in compilatione gregoriana. Sed ideo vocat eam extrauagantem: quia tempore ſuo nondum fuerant in illam compillationem ſummorum pontificum leges per gregorium redacte ſeu compacte. Antoniꝰ de tremolis.

b ¶ Suſpectum putat. Iſta eſt communis opinio gloſſ. ⁊ doctoruꝫ quod de iure ciuili non ſit ſuſpitionis cauſa neceſſario allegãda ſecundū Bartolum. Paulum de caſtro ⁊ Alexan. in lege quia poterat. vbi Alexan. bis repetit. ff. ad trebellianum. et imprimis ibi tenet glo. in verſiculo nec illud et ſcriben. poſt eam. et glo. in. l. apertiſſimi glo. magna et ibi etiam Bartol. Baldus ⁊ omnes. C. de iud. ⁊ gloſ. in lege item ſi ſuſpectꝰ ⁊ ibi vide Paulū. ff. de procuratoribꝰ. facit tex. in d. l. apertiſſimi. in verſiculo ſuſpectū iudicē putat. ¶ Sꝫ iure canonico cauſa legitima ſuſpitionis eſt coraꝫ iudice proponēda ⁊ poſtea corā arbitris ꝓbāda. c. ij. requiris. §. fi. ⁊. c. cum ſpeciali. de appellationibꝰ. ⁊. c. legitima. eo. ti. li. vj. cū ſimilibus. ¶ Et ius canonicū ſeruabit in ſuo foro ⁊ ciuile in ſuo ſm Bart. in d. l. qꝛ poterat. ⁊ dixi in pe. additiōibꝰ ſupra. ¶ Sed certe cōſuetudo optima legū interpres in vtroqꝫ foro ſeruat ius canonicū quo ad expreſſionē cauſe ſecūdū ſtipulatio. Aufredus. in tractatu de recuſationibus. col. j. in fine. ꝓut etiā ſentiunt. Joannes fabri. in in. d. l. apertiſſimi et Joannes Pet. de ferra. de declinatiōn. iuriſditio. glo. in ver. rōnibus. dicēs corā arbitris eſſe ꝓponendam ⁊ ꝓbandam cauſam ſuſpitionis de iure ciuili. nō autem corā iudice. Sed iure cañ. ꝓponendam coram iudice. ⁊ ꝓbandaꝫ, corā arbitris. ¶ Iſta tñ cōis ⁊ indubitata concluſio ꝙ iure cano. cauſa ſit ſuſpitionis proponenda ⁊ ꝓbāda limita niſi cauſa ſuſpitionis eſſet talis ꝙ eius propoſitio non poſſet fieri ſcandalo quia nimis infamaret iudicem ⁊ eius honorē ſuggillaret. qꝛ tūc ſtabitur iuramēto partis ſuꝑ legitimate ſuſpitiōis. vt puta ſi vellet dicere eum corriualem actoris. Ita pa. in. d. c. ij. requiris. col.

UVA. BHSC. IyR_228_4

fi.ad fi.dicens quod licet nullo iure probetur tamen eſt multum equum. et hoc idem vult Joã.anto.de ſancto geor.cardi.Alexã.ibi colum.iij.quod loquitur anfre.in.dicta trac.de cu.ad fin. Antonius de tremolis.

a ¶Nec probata. quia de iure ciuili arbitri non cognoſcunt de cauſa ſuſpitionis. Sed de cauſa principali. ſed iure cano. Solum de cauſa ſuſpitionis vtrum ſit vera ⁊ legitima non autem de cauſa principali.dicto capitulo cum ſpeciali.⁊ dicto capitulo legitima.ibi Jo.and.⁊ Domi.Pa.⁊ alij in dicto capitulo ſecundo requiris et alijs iuribus ſupra adductis. Mirum ergo ſi de iure ciuili cauſa ſuſpitionis non ſit alleganda.⁊ hãc rationem ſentit Bald.in dicta lege apertiſſimi.columna ſecunda. ¶Et ſic ex premiſſis habes tres differentias inter ius canoni.⁊ ciuile. In hac materia recuſationis.Prima quia de iure ciuili regulariter ordinarius non recuſatur ſecunda de iure ciuili cauſa ſuſpitionis non eſt proponenda. Jure canonico ſic tertia quia iure ciuili cognoſcunt arbitri de cauſa principali.Jure canoni. non. Non omitto qđ etiã de iure ciuili in caſibus quibus ordinarius poteſt recuſari quos dixi in apoſt.non recuſatur.Secunda eo. eſt neceſſario cauſa ſuſpitionis coraʒ ipſo indice allegenda. Jta Alexand. de imo.in.l.qui iuriſditioni verſiculo.vij.fallit in fin.ff.de iuriſditio.omnium indi.

b ¶Quod iuret. Hoc idem dicit' glo. in dicta lege apertiſſimi gl.mag.quã ibi ad hoc notat Baldus.et dicit ibi Sali.illam glo.teneri ne detur materia calumniandi.⁊ idem tenet Angelus et Alexander in dicta lege. quia poterat.ad trebel.ff. Paulus tamẽ de caſtro in lege.Jtem ſi ſuſpectus.ff.de

nec probataᵃ. ¶†Equius tamen puto ꝙ iuretᵇ ſe habere ſuſpitionem:licet non dicat cauſam.naʒ ſacramẽti tioꝛe ſepe litigatoꝝ calũnia refrenat. C. de iur.cal.j.rñ.

procuratori.dicebat ꝙ etiam iure ciuili cauſa ſuſpitionis erat allegenda et probanda.ſed quod probabitur per iuramentum quod non puto verum ex mente gl.⁊ ſcribẽtiuʒ preallegata. Aduertem tamen qđ id quod dictuʒ eſt circa ſuſpitionẽ iuramẽto ptis iure ciuili procedit in ſuſpitione iudicij recuſandi. ¶Secus autẽ eſſet improbanda ſuſpitione debitoris ſuſpecti fuga quem creditor vellet facere capi propter ſuſpitionem fuge:quia talis cauſa ſuſpitiõis eſſet coram iudice proponenda et ſummatim probanda:puta quod eſt forenſis ⁊ vagabundus ⁊ nõ poſſidet immobilia.l.ſi fideiuſſoꝛ.in fin.ff.qui ſatiſ.cogan.⁊ probatione ſummaria facta'tunc ſufficiet iuramentuʒ ſuſpitionis ipſius creditoris Angel. lege ſi creditores.ff.de priuilegijs creditorũ. iſta eſt doctrina Baldi in dicta lege apertiſſimi ad finẽ. et ibi ſequuntur Angelus Salycetus.et Jaſon.columna fina.dicens iſtam videri communem.Jdem Baldus in lege ſecunda in principio poſt gloſſ.ibi in verſiculo ſuſpectum.ff. ſoluto matrimo. et ibi tenet late Alexand.in ſexta columna idem Bald. in lege creditor qui res idoneum.ff.ſi cer. pe. Angel. imo.Paul.et in lege qui bona.§.qui damni.ff.de damno.infec. per illum text.dicentes quod iurante aliquem eſſe ſuſpectum de fuga vt eum ſequatur familia pro eum capiendo index non debet indiſtincte credere ſed debet inueſtigare coniecturas:idẽ vult Ange.in.l.Si ab' arbitro.ff.qui ſatiſda.cogan. tenet Alexander.in vltima col.⁊ Jaſ.in ſecunda in.l.ſi fideiuſſor.§.fi.eo.titu.⁊ ibi Jaſ.dicit iſtam eſſe veritatem.licet in dicta lege.ij.nil firmet. ¶Et idem vult Ange.Are.⁊ Jaſ. inſti.de act.in princi.in gloſ. in veſt. iudicio.

UVA. BHSC. IyR_228_4

iudicio licet contrarium tennerint nonnulli relati ab alexā.⁊ Iaſ.in dictis locis ⁊ aliquas limitationes in materia vide per.eundem alex.in.d.l.ij.in prin.quas q̄ ſupra moda longior ſum omitto.

¶Non tamē pretermitto ꝙ in tali a ſummaria probatione iudici fiēda ſuper ſuſpitiōe fuge non vocabitur ſuſpectus quia inſtrueretur ad fugā ſed poterit fieri eo non non vocato ſecundum bar. in.l. 4 ait pretor.§.ſi debi b torez.ff.de his que c in fraudu. cred. et d alios relatos per Iaſ.in.d.gloſſ.in verb. iudicio. Ant. de tre.

¶Remanebit.recuſatus exequutor [a] ad exequēduz ea q̄ ab electis arbitris fuerūt ſtatuta ⁊ iudicata niſi ab electoꝝ ſententia fuerit appellatū vt.C.de iud.l.apertiſſimi ⁊ l. vltima et ſic remot⁹ iudex habet executoris officiū qđ antea non habebat ſi remanſiſſet iudex et de cā delegata ꝑnūciaſſet vt.ff.de re iu.l.a diuo pio.in princip.

¶†Delagus tamen a papa [b] iure canonū ſuā ſniam pōt exeq̄ [c] vt i extraua.de off.⁊ poteſ.iu.de.paſtoralis.§.preterea poſtulaſti.⁊ q̄renti [d]

a ¶Exequutor.licet hoc reaſſumpſerit ſpecu.titu.de recuſa.§.fi. verſi.verum lꝫ ſecundum canones.licet etiā ideꝫ expreſſe voluerit Saly.in.l.fi.C.de iud.col.dicens quod licet delegatus inferioris a principe non poſſit exequi ſententiam a ſe latam tamen bene poteſt exeq̄ ſententiā per alios loco ſui latam puta per arbitros per illum text. quod etiam voluit ang. are.in.§.preterea in ſecunda colum.x.verſi.ſi autem cauſa inſti.de excep. attamen Iaſ.de may.in.d.l.fi.colum.iij.dicit eſſe truffam quia text.in.d.l. fina.non loquitur de recuſato iudice ſed de quibuſdam executoribus ad exequēdū deputatis ſm eū poſt fulg. ibi vn̄ eodē fundamēto infert qđ ille textus non probat quod delegatus principis exequatur ſuam ſententiā et illius qui vice ſua iudicauit vt ibi per eum.Ant.de tre.

b ¶A papa.Et ſic ſentit de iure ciuili delegatum principalis non poſſe exequi.quod etiam voluit gloſſ.in l.a diuo pio.in princip.ff.de re indi. ⁊ Iaco.de belui.in.§.ſi vero etiaꝫ quidam iurent.verſicul. quero quinto in autenti.de exhi.⁊ intro. rei. columna.v.Cy.⁊ ful.in.l.iubere cauere.ff.de iuriſditio.omniuꝫ iudicum et rap. cu.in dicta.l.a diuo pio in princip. Contrarium tamen tenet glo.ſub dubio forte in.l. ſi quis miſſus in ver. poteſtatis.ff.ne vis fi.ei.⁊ iſtaꝫ qđ poſſit exequi firmant Bart. Ang.imo.⁊ alexā. l.d. a diuo pio, et ibi Bar.allegat cōtra glo. duos text. qui parum faciūt ſecundum Iaſ.ibi columna tertia. ſꝫ cum de iure canonico.ſit clare deciſum a principe delegatum poſſe exeq̄ vt in iuribus hic allegatis ⁊ cōtrariū de iure ciuili non ſit expreſſum ſed dubiuꝫ deciſioni iuris canonici ſtabim⁹ ēt in foro ciuili per not.in.c.j. de noui oper.nuntia.⁊ in.c.licet ex ſuſcepto.de foro cōpetenti ſecundum Imol. Alex. ⁊ Iaſ.vbi ſupra.⁊ ita communiter teneri dicit pa.in.c. ſignificaſti de offic. delega. quid in eius ſublegato vide infra titu.de impe.execu.verſicu. ſexto ſi delegatus Ant.de tre.

c ¶Exequi.Adde et ordinario committere ſuam ſententiam exequendam ſi per ſe exequi nolit.c.ſignificaſti de officio delega.quia in illa cauſa ſibi delegata maior eſt quocunꝗ ordinario.c.ſtuduiſti. de officio.lega.

¶Non tamen poteſt mandare legato de latere quod exequatur nec eum cogere ſed bene ſupplicare gloſ. hoſt.et baldus.in.dicto.cap. ſtuduiſti gloſſ.fin.in fin.et ibi pan̄.dicit. iſtam equiorem niſi ſecundum vincen. et pa. ibi legatus ille alias eſſet ordinarius loci quia tunc ratione ordinarie iuriſditionis poſſet delegatus euꝫ compellere quod puto verum.

d ¶Querē.Ubi limitatur tempore



UVA. BHSC. IyR_228_4

¶ Quia ſm̄ Mar. cui⁹ opinio maxime in foro canonico magis viget ſuſpitionis cauſa debet allegari ⁊ etiam comprobari ſi cōtingerit quod cauſa ſuſpitionis legitima oppoſita nō probetur: delegatus in delegationis permanebit officio ⁊ aduocato ⁊ ei⁹ clientulo q̄ ſuſpitionem obiecit acerb⁹ ⁊ ſerpentinus [a] inſidiator vſqȝ ad exitum cauſe erit: ad hoc alludit. C. de teſta. tu. l. fi. §. ſi vero quedaz in fin. quod eſt non modicum detrimētū cū iudex poſſit in multis gratificari [b] ⁊ multa ſubijciant̄ ei⁹ poteſtati: poſtqȝ eſt iudex: vt. ff. de

facultas exequendi conceſſa a iure de legato principis. videlicet vſqȝ ad annum integrum. et dicit ibi panormi. quod ille caſus eſt ſingularis.

a ¶ Serpentinus inſidiator. Hoc idem et quod ſequitur reaſſumpſit fere per eadem verba ſicut ⁊ alia multa ſpecu. in titu. de recuſa. §. qualiter autem. verſicul. licet antez ⁊ ibi Joannes andree. notat. et poſt ſpecu. tranſcripſit aufre. tracta. de recuſa. a colum. pen. Anto. de tre.

b ¶ Gratificari. Puta in arbitratorijs penis imponē bdis vbi pena non eſt a iure taxata vt in actione iniuriarum. §. in ſumma inſti. de iniur. vel ſi ex forma ſtatuti pena eſſet arbitraria quia poterit iudex arbitrari. vſqȝ ad mortem ſecundum glo. ordina. in. d. §. in ſumma in verſi. extraordinaria quā dicit ordin. Bald. in. c. vno. §. iniuria. in princip. de pac. iur. fir. et idem Bal. in. c. vno in principio. col. iiij. de pac. tenen. inter ſubdi. in vſi. feu. dicit ita ſingulariter notari in dicto. §. in ſumma et illud idem tenet Bald. per illum textum. in. l. prima in fina. verſicu. C. de his qui lat. occul. dicens quod quādo iudex habet arbitrium pene impoſitionis quod poteſt procedere vſqȝ ad ſupplicium pene corporalis et ad hoc allegat dictam gloſam. et illam gloſam. ſequitur pa. in pleriſqȝ locis maxime in. ca. ex literis de conſti. allegat pro ea text. in. l. ſacrilegij. ff. ad legem iuliam pecu. et in dicto capitulo ex literis Felyn. ſand. putat iſtaz partem eſſe veriorem et late proſequitur per duas columnas. ponens quinqȝ declarationes. ¶ Sed certe contra gloſam in dicto. §. in ſumma. eſt tex. in. l. prima et ibi Oldra. et Alb. ff. de fur. balne. quem ad hoc reputat ſingularem Cardi. Flo. in dicto. c. ex literis ⁊ ibi refert Felyn. columna. j. et tex. in. l. prima. §. expilatores. ff. de effrac. et contrarium voluit gl. in. c. inquiſitionis in princip. in ver. alioquin de accu. ⁊ contra illam gloſam tenent multi quos refert Felyn. vbi ſupra ⁊ ſignāter Ludouic⁹ Romanus in repeti. rub. de arbi. ff. columna decima. verſiculo item ſi ſtatutum. et imola. in. l. ſecunda de publicis iudicijs. ff. et aureus doct. Alexand. de imol. in conſil. cxj. incip. ponderatis verbis inquiſitionis columna. penulti. et fina. volu. ¶ Et hec pars eſt in iudicando ſequenda quia in penalibus mitiorem partem ſequi debemus. l. interpretatione. ff. de penis. ſecundum Jaſo. in. l. et ſi legibus. C. ſi contra ius vel vti. pub. poterit ergo arbitrari citra mortem vel perpetuam penaz plus voluit Bald. in. l. vna. C. ne ſine iuſ. prin. quod in arbitrarijs penis non eſt licitum iudici arbitrari penam publicationis omnium bonorum niſi eſſet ſummus magiſtratus per illum text. pro quo Jaſon in. d. l. et ſi legibus allegat corrupte barto. in. l. vna. C. ne licc. ſigni. ſalua. licet Bartolus illum titulum non legerit: ſed hoc dicit bald. vbi ſupra.

¶ Poteſt gratificari quia iudex in expenſis non petitis poteſt victum cōdemnare ſi velit. Bartolus. in vltima queſtione Angelus Paulus. Alexander et Jaſon. in lege properan.

UVA. BHSC. IyR_228_4

dum.§.ſinautem alterutra.C.de iudicijs. Bartolus et Baldus in lege finali.C.quando provocare.non eſt neceſ. cano.in.capi.finem de dolo.et contu.

¶ Quod intellige de factis poſt litem conteſtatam.quia ſecus in factis ante niſi petantur.gloſ.ſingularis repu.in.d.ca.finem gloſ.mag. ad finem quam dicit ſingularem Imol.in.l.fin. ff.de re.iudic.et Iaſ.in dicto.§.ſinautem alterutra et ibi alexand.etiam dicit ſingularem reputari.

¶ Et idem voluit ſpecula.in titulo de offici.omnium iudi.§.deſeruit verſic. poſt litem in fine. et ſentit Barto. in l.iiij.§.hoc autem in quinta queſtiõe. ff.de damno infecto.

¶ Sed ad condemnandum non tenetur ſi non vult gloſſ.ſingularis et menti tenenda ſecundum pa.ibi in.c. fin.gloſ.fina.ante medium de reſcrip. et idem pa.in dicto.c.finem columna. xvj.verſicu.ſed quid eſt dubium.ad hoc allegat.d.gloſ.et eam ſequuntur communiter doct.canoni.ſecundum eundem pa.ibidem.et ita tenet Cyn. Bartol.Angel.et alij in.d.§.ſinautem alterutra et Bartolus in.d.§.hoc autem iudicium.et ita ſeruatur in practica ſecundum Imol.in.l.paulus in prima.ff.de re iudicata.et etiam eſt tenenda de iure ſecundum Iaſo.in dicto.§.ſinautem.⁊ eſt cõmunis ſecundum Alexand.ibi licet Saly.ibi aliter teneat.

¶ Tertio quia ſi teſtes per partem producti depoſuerunt obſcure iudex ex officio ſuo poterit eos repetere vt ſuum dictum declarent.capitulo cum clamor de teſtibus.ſed non tenetur hoc facere ad partis inſtantiam quia tunc eſſet timor ſubornationis ſecundum gloſam ibi quam ad hoc valde notant abbas Panormitanus Imola et Felynus dicentes in hoc multum prodeſſe habere iudicem fauorabilem.et idem tenet gloſſa.in capitulo per tuas eodem titulo.quã etiam ibi notant Cardinalis et Felynus.

¶ Plus voluit gloſ.ſingularis et non alibi ſecundum Angelum ibi in auten.de teſtibus.§.quia vero multi glo.magna.collatione ſeptima quod iudex ex officio ſuo poteſt repetere teſtem etiam vt addat ſed non ad partis inſtantiam niſi vt rationem redat.

¶ Quarto poteſt gratificari in actionibus arbitrarijs in quibus poteſt in plus vel minus ad intereſſe ratione loci condemnare vel etiam equitate dictante in totũ abſoluere vt eſt textus.not.multum ſingularis et perpetuo menti tenendus ſecundum Paulum de caſtro.ibi in lege quod ſi epheſi.§.interdũ.ff.de eo quod certo loco.

¶ Quinto quia iuramentum in litem poteſt ſolus iudex differre et certam quantitatem in qua iuretur taxare et iuramentum ipſum ſi velit ex cauſa poterit non ſequi vt eſt text. in lege videamus.§.deferre.ff.de in litem iurando.et in lege in actionibus.§.primo eodem titulo. Non tamen ſic in iuramento voluntario vel iudiciali lege iuſiurandum et ad pecunias.§.finali et lege non erit.§.dato.ff.de iureiurando.

¶ Sexto quia poſt peremptorium ſi vult poteſt expectare partem citatam in diem ſequentem ſed non tenetur.capitulo conſuluit de officio delegatis gloſſa in lege.et poſt.edictum.gloſſa magna in principio. et ibi Bartolus et Angelus.ff.de iudicijs.Paulus de caſtro in lege non quicquid eodem titulo.vbi ponit aliquos alios caſus: et in alijs pleriſque iuris articulis poteſt iudex parti gratificari quos enumerare magis laborioſum eſſet quam ſubtile vt in ſimili dicit gloſſa in lege prima.ff.ſoluto matrimonio ſed hij gratia exempli ſufficient. Antonius de tremolis.



UVA. BHSC. IyR_228_4

indi. l. nõ quicquid. et. C. quomodo ⁊ qñ ind. l. j. ⁊. ff. de edili. edict. l. ediles. §. item ſciendũ. ⁊. ff. de iure delib. l. j. §. ait pretor. De meo tñ conſilio eſt quod rhetoris ⁊ oratoris more vtẽs litigator ⁊ maxime aduocat⁹ quãdiu põt ſue parti iudicez retineat in amicũ ꝓteſtatione a clientulo ſuo in ſcriptis[a] facta ne videatᷣ cõſentire. ſaluis oĩbus exceptionib⁹ dilatorijs ⁊ declinatorijs ꝯtra delegatiõis reſcriptũ ⁊ ꝯtra ciuiliter agẽtẽ ⁊ criminaliter accuſantẽ ac cõtra iudicẽ proponendis[b].

a ¶ In ſcriptis. Poterit tamen etiã ſine ſcriptura fieri viua voce. l. fina. ibi in ſcriptis vel ſine ſcriptis. C. de neg. geſt. et ibi Bartolus et Bald. ⁊ tenet Barto. in. l. non ſolũ. §. morte columna ſecunda verſiculo primo ergo queritur. ff. de noui operis nuntiatione per Joannem andree in. c. in generali. de regulis iuris. libro ſexto ꝑ imolam in. l. de pupillo. §. ſi qs ipſi ꝑtori de noui operis nũtiatione.

¶ Nec enumeratᷣ ꝓteſtatio ꝑ gloſſaz in. c. j. §. poſtq̄. in verſiculo in ſcriptis. de cenſi. libro ſexto.

¶ Et dicit gloſſa ordinaria ĩ auten. de tempo. non ſolu. pecu. in princip. in verſiculo in literis. collatiõe octaua: quod regulariter quicquid poteſt fieri in ſcriptis poteſt ⁊ ſine ſcriptis. quam dicit ordi. Fely. in. c. cum. M. Ferrarienſis. colum. xxj. verſiculo circa tertiam. de conſti. licet glo. in. c. cupiẽtes. §. quod ſi per. xx. in verſi. propoſita. in cauda. de elec. lib. vj. dixerit proteſtationez debere fieri in ſcriptis quã ibi reprehendit. Pe. de anch. arano. ⁊ ibi per docto.

¶ Sunt tamen quinq̄ caſus in quibus proteſtatio eſt in ſcriptis fienda quos ponit Fely. vbi ſupra iter quos non eſt iſte: vnum non omitto quod voluit pa. in dicto. c. cum. M. colũna ſexta poſt Bart. in dicto. §. morte. qđ proteſtatio de qua hic per dominum Ubertum debet repeti in quocunq̄ actu alias primo loco facta proteſtatio quod non intendo in iudicẽ conſentire: tolleretur per actũ ſubſequẽtem niſi repetatur per textũ ſecundũ vnum intellectum in. l. cum in plures. §. locator. ff. loca. quem intellectum dicit Paul. ibi eſſe notab iliorem quod tamen idẽ pau. limitat vbi ſupra qñ pars haberet liberã proteſtandi facultatem ⁊c. vt per eũ aliaz etiam potes colligere limitationem ex notatis ꝑ Bartolum poſt Jaco. but. in. l. pacta. nouiſſima. C. de pac. ⁊ per Pau. de caſt. in. d. §. locator. ad fi. Ant. de tre.

¶Sed an de vna cauſa cognoſcendo perpetuetur eius iuriſditio quo ad omnes etiam nondum ceptas vide Barto.et alios et maxime Iaſ.in.d.l.⁊ quia.quam legit cum lege more columna.ix.

¶Tertio intellige etiam partiũ conſenſu accedente quia cum iuriſditio expirauerit ⁊ per conſequens non ſit iuriſditio apud delegatum:partium conſenſus non faciet iudicem eũ qui nulli preeſt iuriſditioni.l.priuatorũ. C.de iuriſdi.om.iudi.Ita gloſ.nota.a canoniſtis ⁊ legiſtis communiter approbata in.c.cum veniſſent glo.mag. in verbo egerint.de teſti.

¶Reſtringe niſi in legato de latere ſedis apoſtolice.c.ij.de offi.deleg.ſed ille eſt ordinarius vt ibi.

¶Scdo reſtringe niſi delegatio eſſet facta ſub noie ſedis apoſtolice q̃ illa nũq̃ moritur.c.ſi tibi gratioſe. de reſcrip.in.vj.⁊ hoſtiẽ.⁊ alij in.c. quoniã abbas.de offi.deleg.Bal. Sali. Alex. ⁊ Iaſ.in.d.l.more.

¶Tertio in executoribus gratiarum apoſtolicarum iam factarum puta ſi ſedes apoſtolica creauerit me canonicum alicuius eccleſie ⁊ contulerit prebendam prenacaturam:⁊ dederit executorem illius iuriſditio non expirabit per mortem concedẽtis.c.ſi ſuper gratia.de offic.delega.in.vj.Secus ſi nõ eſſet facta gratia: ſed fienda.puta prouideas tali tex.in.c.ſi cui nulla.de preben.in.vj.doctores in locis preallegatis.

¶Quarto reſtringe in inquiſitoribus heretice prauitatis.d.ca.ne aliqui.Angel.paul.⁊ Iaſ.in.d.l.more.

¶Quinto procedit vbi litere eſſent attributiue iuriſditionis. ſecus ſi tm̃ excitatiue puta ſi is cui mandatur alias illud potuiſſet:tunc enim ſuperioris mors etiam re integra non efficit tex.cum glo.in verbo.in auten.vt nulli iud.lice.ha.lo.ꝯſer.§.quia vero. colum.ix.glo.in.d.l.⁊ quia.pa.in.d.c. relatum.colum.fi.ad finem.Bar.⁊ ceteri in.d.l.more. eo em̃ caſu non dr̃ delegatꝰ.c.licet.⁊ cap.penul.de offi.ord.

¶Intellige ſane niſi diceret auctoritate noſtre cognoſcas: quia tunc eſſet delegatus tex.in.c.cum aliquibus.de reſcrip.in.vj.Bar.in.d.l.more.l.ij.col. verſicu.circa hoc.⁊ in.l.ambitioſa.in vltima colum.de decre.ab ordi.fa.ff. vel niſi detraheret vel adderet aliq̃d iuriſditioni ordinarie:vt ꝙ cognoſcat ſummarie de cauſa de qua non poterat via ordinaria cognoſcere niſi ordine iuris ſeruato pꝫ bal.in addi.ad ſpecula.titu.de lega.colũ.fi.verſi. pe.quẽ ſequitur Alexan.in.d.l.more colũ.iiij.

¶Ultimo nouiter reſtringe forte in delegato ad piam cauſam ꝙ eius iuriſditio non expiret re integra morte committentis :quia a mandato procuratoris ad mãdatum iuriſditionale eſt bonum argumentum.d.l.⁊ quia in fine Inno.in.d.c.quoniam abbas. ange.Pau.alex.⁊ iaſ.in.d.l.more.maxime quo ad finiendũ mandatum vt dicit ibi Iac.ſed ego habeo ꝙ mandatum procuratoris ad pias cauſas nõ expirat morte dñi nec heres poteſt illud reuocare .tex.ẽ ſingularis i.c.exijt qui ſeminat.col.x.verſi.in eo vero. de verbo.ſigni.li.vj.quem dicit non eſſe alibi Bal.in auten.ſi qua mulier.col. fi.C.de ſac.ſanc.eccle.ergo idem in iuriſditionali ad pias cauſas.ad quod aliquid faciet quod vult Bal.de ſentẽtia lata in cauſa beneficiali pro mortuo ꝙ valeat fauore eccleſie et ſit executioni demãdanda ad inſtãtiã ſubrogati in loco eiꝰ in.l.vna.§.in primo

UVA. BHSC. IyR_228_4

in fina.≠bis.C.de cadu.tol. Et ſi pre-
miſſa limitatio eſſet vera.idem dicen
dum eſſet pariformiter in delegatio-
ne cauſe dotalis q: mandatū de dan-
da dote nō expirat morte mandātis.
l.ſi ego.§.ſi res.ff.
de iure dot. Cogi-
ta.Qn aūt dicat' iu
riſditio cepta agi.
dic ſcdm veram et a
magis cōmunem 5
cōcluſionem doct. b
vtriuſqꝫ cenſure qꝫ
per citatione3 nec
ſufficeret act⁹ cite-
rior:nec requiritur
vlterior vt volunt c
glo.Inno.Jo.cal.
Bald.card.imo.et
Modernis.in capi.licet vndiqꝫ.⁊ ibi
Imo.dicit eſſe communem imo.⁊ pa.
in di.c.relatum.archi.paul.domi.de
ſanc.ge.⁊ Philip.Frā.in capitulo ſi a
ſubdelegato.de offi.delega.in.vj.Sa
li.alexan.et Jaſ.in dicta.l.more.⁊ di-
cit imo.in dicto capitulo relatum.ita
communiter teneri a' legiſtis ⁊ cano-
niſtis.¶Pro hoc textu.cui eſt impoſ-
ſibile poſſe reſponderi ſecundum pa.
in dicto capitulo relatu3.videlicet in
capitulo fina.de offi.leg.tex.in dicto
capi.gratum.tex.cum gloſ.in capitu-
lo propoſuiſti de foro compete.facit
quod vult glo.in capitulo ſuper que-
ſtionum articulis.§.ſi vero.duo ſunt.
glo.magna ante medium.de offi.de-
lega.⁊ quod tenent archi.domini.et
Philip.franc.in capitulo quamuis.
de offi.delega.in.vj.de quo articulo
varias opiniones videre potes per
modernos in locis preadductis.ant.
de tre.

a ¶Impetratū.Amplia etiam ſi mo
tu proprio principis fuiſſet cōceſſum
ſecundum Hoſt.Anto.de But.Imo.
Panor.areti.⁊ Fely.in.ij.col.in capi-
tulo cauſa3 que in.ij.de teſti.Joānes
and.in addi.ad ſpec.in ti.de do.⁊ cō-
tu.§.fi.in ver.porro.in addi ſuper ver.
intereſt Jaſ.i.l.ij.C.vt lit.pē.q: leges

agi ceperit a delegato vt.ff.de iu-
riſdi.om.iudi.l.⁊ q: ⁊.ff.de iudi.l.
mortuo.¶Ite3 caſſatur reſcriptū
ſi lite pendēte eſt imperatum[a] vt
C.vt lit.pendē.per totū.¶Uel qꝫ
impetrator eſt hereticus[b] vel ex-
cōmunicatus vel ſeruus vt.C.de
ſum.tri.l.ij.⁊.C.de preci.impera.
offe.l.j.⁊ in extrauagan.de eta.⁊
quali.bone memorie.Item ſi per
reſcriptum cauſe cōtinentia[c] di-
uidatur vt.C.de iudi.l.nulli.

generales nō trahūtur ad lites pēdē-
tes.l.j.C.de legi.⁊ tamē fiūt motu p-
prio principis.l.humanum eod.titu.
Nunc reſtringe niſi facta fuerit mē-
tio de lite pēdente text.eſt in.c.inter
monaſterium ⁊ ibi
Panor.⁊ alij de re
iudi.gl.loquēs de
lite pen.corā ordi-
nario in.c.prudē-
tiā.§.ſexta in ver.
aliā iuſtā cauſam
de offi.deleg.ſaly.
pan.⁊ Jaſ.in.d.l.
ij.gloſ.⁊ ibi Fely.
col.ix.ver.ſexta re-
gula in.c.ſuper li-
teris de reſcrip.Fe
ly.in.c.ceterū col.
j.⁊.ij.eo.titu.ita qꝺ etiam ſi non dolo
fuerit omiſſa mentio litis pendentie:
attamen reſcriptum non valebit:ita
Bal.per illum tex.in.c.fina.vt lit.pē.
que3 refert Fely.in.d.c.ſuper literis.
in.d.ver.ſexta qꝺ dicit bene notandū
⁊ alibi nō legiſſe Jaſ.i.d.l.ij.col.ij.S3
quādo dicet' lis pēdere hoc caſu vt ſit
de ea fienda mentio dic quod per ci-
tationem ſecundū glo.quam ibi pa-
nor.dicit valde notandā in.c.vt debi-
tus.in ver.ſi dicat de appel.Item tex.
in.d.c.inter monaſteriū dicit de pro-
ceſſu fiendā mētionē.Et citatio eſt de
pceſſu.c.quoniā cōtra falſam de pro-
ba.glo.in rub.C.de in ius vocan.facit
gl.i cle.ij.in ver.Innouari.vt lite pē.
tenent archi.⁊ domi.de ſan.gemi.in
§.ſpatium ver.ei autem dilatio.iij.q.
iij.quos ſequitur Fely.in.d.c.ceteru3
colum.ſecunda ⁊ ad eos remittit Jaſ.
in.d.l.ſecunda.Anto.de tremo.

b ¶Hereticus.vide que dixi in titu.
precedenti verſi.in perſonam in addi
tione in ver.iudeus:⁊ in ver.ſeruus.⁊
in ver.excommunicatus.

c ¶Continētia.reſpectu primo per-
ſonarum vt quia ſunt plures ſocij vel
plures heredes indiniſi nō enim po-
terit vnus coram vno iudice alter co-
ram alio trahi.l.j.⁊.ij.ff.de qui.rebus

UVA. BHSC. IyR_228_4

ad eundem iudi.ea. Et idem in crimi nalibus. vide que de pluribus delinquentibus quorum vnus eſt clericus habes ſupra tit.ij.verſi. item.non audiuntur.poſt prin. mag.addi. cauſis ſi plures eſſent delinquentes Bald. in ca.vno ad fi.de contro. feu. apud pares termi. i vſi. feu.ille em̄ titu.de qb⁹ reb⁹ apud eū. in.ea.hꝫ locū ēt in criminalib⁹ cauſis ſm eū ⁊ ſeqt̄ Jaſ.in d.l.nlli. ¶Scdo re ſpectu ſubiecti qn̄ 6 duo iudicia ad eūdem finem tendunt puta poſſeſſorium ⁊ petitorum quia coram eodem iudice debent agitari. d.l.nulli.in fine. capi.j.de cau.poſſeſſo. ⁊ propo.iudex enim poſſeſſionis facilius poterit expedire petitorium.dicit gloſ.in.d.c.j. ¶Tertio ratione actiōis q: eſt generalis comprehendens multa capita vt tutele ⁊ negotiorum geſtorum.d.l. nulli cū glo.Intellige tamē primo qd̄ reſcriptū per qd̄ continētia cauſe diuidit̄ nō teneat ſi fuerit a parte oppoſitū Jnno.⁊ Pa.in.c.cū martin⁹.de conſti.Bal. Pau.alex.⁊ Jaſ.in.d.c.nulli. dūmodo opponat̄ ante lit. conteſt.q: dilatoria nō poſt.ſcdm Fulg.⁊ Jaſ.in d.l.nulli.lꝫ Jac.de belui.Albe.de roſ. ⁊ Alex.ꝯtra ꝫ teneāt vt ibi p eos. ¶Secundū intellige niſi reus fuiſſet cōtumax q: cōtumax nō poteſt excipere de litis pendentia vel diuiſione continētie cauſe tex.eſt in.l.j.in fi.iuncta glo. fi.C.de aſſer.tol.vbi Bald.dicit nota. dignū.⁊ tex.in.l. quāuis.ff.de dā.īfec. voluit Bar.in.l.vbi ceptū.ff.de iudi.⁊ in.l.quamuis.ff.de dam. infec.et in.l. ſepulchri.ff. de ſepul. vio.et vtrobiqꝫ Bar.idem eſſe dicit ſi vellet purgare contumaciam ⁊ expenſas refundere: quia non erit audiēdus de quo tamē plene per Alexā.in.d.l.quāuis de dā. infec.quam legit cum.l.hoc amplius .§.fi.vbi aliter tenet cum Ang.⁊ Jmo. ⁊ per eūdem alex.in addi.ad Bart.in d.l.vbi ceptū. ¶Tertio intellige niſi actor ⁊ reus eſſent diuerſi fori ⁊ iuriſditio eſſet improrogabilis reſpectu alterius partis puta clericus contra laicū agit poſſeſſorio ⁊ obtinuit corā iudice ſclari ſi laic⁹ velit poſtea agere petitorio diuidenda erit cauſe cōtinētia ⁊ petitoriuꝫ agitabitur coram iudice clerici ꝑtex. in.c.fi. de iu.et ibi per oēs per Pau. Alexan.⁊ Jaſ.in dicta.l.nulli.⁊ ibi latius de materia per eundem Jaſonē Anto.de tre.

¶Jtē ſi poſterius reſcriptū prioris nō fecit mētionē vt.ff.de lega. iij.l.ſi qs in principio teſtamēti.⁊ C.de teſta.aut̄.hoc iter liberos.ſecus ſi pꝰoris faceret mētionē q: tūc poſteri⁹ obtineret arg.ff.d ꝓcu.l. ſi qs cū ꝓcuratorio.§.fi.⁊.ff.de iu. l.iudiciū ſoluit̄.⁊.ff. de iure codi. l.diu⁹.§.lꝫ ſꝫ de reſcriptis meli⁹ ⁊ pleni⁹ ꝑ iura canonica ē tractatū.

¶Jtē obijcit̄ de falſa latinitate

d ¶Latinitate. De hoc eſt text.in capi. ad audientiam in.j. de reſcrip. ⁊ idem de omiſſione litere vel ſyllabe vel ſi vna litera loco alterius ſit poſita quia mala latinitas inde conſurgens vitiat reſcriptum cum ſit modicus defectus tenent ibi Panor. ⁊ Feli.de quo eſt text⁹ in capitulo ex parte.de fide inſtrumē. et ibi etiam Panormita.⁊ Felin. dicentes per illum textum reſtringi.dictā decreta.ad audientiam.

¶Unde dicebat Angelus in lege qui habebat. ff. de manu. teſtamē. quod ſi loco eccleſie ſancti martini in reſcripto diceretur ſancti marini non noceret per illum textum quem dicit ſingularem Angelus in.l.ſi in nomine. C.de teſtamentis.quem refert Alexander in.l.ſi quis in fundi vocabulo de legatis primo. ⁊ dicebat Bald.in.l.ſi cum ante. C. de dona. ante nuptias. de notario dicente iure reſtitutionis pro inſtitutionis quod non nocet et idem Baldus de notario dicente falcidiana pro falci dia vel valeriano pro velleiano.in lege imperator titus. in prima lectu.col.j.in fi.ff.de ſtatu ho.⁊ ibi idē Bal.dicit idē de defectu verbi



UVA. BHSC. IyR_228_4

vel dictiõis etiã ſi eſſet verbũ pꝛincipa
le ꝙ deficeret ĩ priuilegio vł reſcripto.
¶Unde Bar.in repeti.l.ſi quis ex ar-
gẽtarijs.§.ſi initiũ.col.iiij.ſi Bart.ſit
illa repetitio dicebat ꝙ nõ nocet ſi di-
catur in noie ꝛ defi
ciat dñi. ¶Et de
eo qui dicit fur.vel
meretrix qꝛ ſupple
tur verbũ es.Bar. a
in.l.item apud la-
beoneꝫ.§.ait ꝑtoꝛ.
ff.de iniur. ¶Pre-
miſſa ſane intelli-
gas niſi ex defectu
vel mutatione litere vel ſyllabe indu-
ceret alteratio ſenſus ſeu mutatio ꝑ
tex.in.c.inter dilectos.de fi.inſtru.ſm
Panoꝛ.ꝛ Feli.in.d.c.ex parte.ꝛ in.d.c.
ad audiẽtiã. ¶Itẽ intellige qd hic di-
citur qñ erroꝛ in latinitate eſſet aper-
tus ꝛ manifeſtus ſecus ſi dubitabilis
vt qꝛ poſſet per figurã ſaluari.c.j.cuꝫ
glo.ꝛ ibi Panoꝛ.de iudi.Panoꝛ.ꝛ Fe-
li.in.d.c.ad audientiã.tex.cũ glo.ꝛ ibi
Bald.in textua.in.l.eã quam.C.de fi-
deicõ.vel per ſubauditioneꝫ ſm Bal.
in.d.l.eam quam.ꝙ eſt rectius ꝙ̃ per
figuram ſm eum quem ſequitur Feli.
in.d.c.ad audientiam. ¶Sed in vlti-
mis voluntatibus ꝛ inſtrumentis ſen
tentijs ꝛ in ſcripturis diuinis falſa la
tinitas nõ habet vitiare per tex.in.l.
plotius.ff.de aur.ꝛ argen.leg.in.l.er-
roꝛe.et ibi per modernos plene.C.de
teſta.per tex.in.d.l.imperatoꝛ totus.ꝛ
per tex.in.l.actoꝛũ.ff.de re iud.et no.
in.l.ij.C.de ſen.ex peri.reci.ꝛ per text.
in.c.indignum.vehementer exiſtimo
vt verba celeſtis oraculi reſtringãtur
ſub regulis donati.xxxviij.diſt.ꝛ in.c.
retulerunt.ꝛ.c.ſi non ſanctificãtur.de
conſe.diſt.iiij.de quibus omnibus la
tiſſime per Fely.in.d.c.ad audiẽtiã.ꝛ
ibi quid in reſcriptis alioꝝ principũ
ꝙ̃ pape ꝛ qd in ſtatutis ꝛ priuilegijs.
a ¶Nullũ vitiũ.de ſuperius inſertis
vel alijs multis puta qꝛ ĩpetratũ ꝑ nõ
habentẽ ſpeciale mãdatũ.c.nõnulli.
in fi.de reſcrip.quã tñ exceptionẽ cu-

et de ſyllabe omiſſione quod quo
ad ſyllabã nihil facit.vt.ff.de ma-
nu.teſta.l.qui habebat.et.C.de
foꝛmi. ¶Si vero nullum vitium[a]
nec viſibile nec intellectuale con-
tra reſcriptum opponi poteſt: cõ-
tra iudicem delegatum infraſcri-
ptis alludetur exceptionibus.

ria Ro.nõ admittit gl.ꝛ ſcribẽtes ibi.
¶Itẽ ſcdo qꝛ trahit ĩpetratũ vltra vnã
dietã a finibꝰ ſue dioceſis.c.ſtatutũ.§.
cum vero.ꝛ.§.cum autem actoꝛ.de re-
ſcrip.in.vj.quod non procedit in oꝛdi
nario.c.cum epũs.
de of.oꝛdi.lib.vj.
Panoꝛ.ꝛ oẽs in.d.
c.nõnulli. ¶Item
non procedit vbi
ageret reali:qꝛ poſ
ſet cõueniri in lo-
co vbi res eſt ſita
quantũcũqꝫ diſta-
ret a fine dioceſis
rei cõuenti.c.ſi.de fo.cõpe.ꝛ.l.ſi.C.vbi
in rẽ act.exer.debe.q̃ iura ſimplr vo-
lunt quẽ poſſe ꝯueniri vbi res eſt ſita
de quo plene per Panoꝛ.Maria.ſoꝛi.
ꝛ Frã.are.in.c.ex parte.h.de foro cõ
pe.per Feli.in.d.c.nõnulli.col.xxxiij.
¶Itẽ nõ ꝓcedit vbi qs ꝓmiſiſſet ſol-
uere vbicunqꝫ reperiretur qꝛ vbicũqꝫ
fuerit repertꝰ poterit cõueniri in vim
reſcripti Inñ.ꝛ Panoꝛ.in.c.dilecti.de
fo.cõpe. ¶Itẽ nõ ꝓcedit vbi appoſita
eſſet clauſula derogatoꝛia expreſſa vł
vbi partiũ cõſenſus expreſſus inter-
ueniret.d.c.nõnulli.ꝛ.d.c.ſtatutuꝫ.§.
in nullo. ¶Itẽ nõ procedit vbi iudex
vellet appropinquare loco nõ diſtãti
vltra vnã dietã a finibus dioceſis rei
qꝛ nõ cõputatꝫ dieta a loco ſolito iudi-
cis vſqꝫ ad fines dioceſis rei ſꝫ a loco
aſſignationis ſm Panoꝛ.ꝛ Feli.in.d.
c.nonnulli.ꝛ Domi.de ſanc.gemi.in
d.§.in nullo. ¶Item non procedit in
delegato ad vnum territoꝛiũ vel pro-
uinciam nec in delegato in curia nec
in delegato executoꝛe gratie qui non
habet ex foꝛma reſcripti vocare vocã-
dos vel qui nõ eligeret viam iudicia-
leꝫ nec in inquiſitoꝛe dato per literas
apoſtolicas qui oẽs poſſunt trahere
vltra vnam dietã:de quibus per Feli.
in.d.c.nonnulli.col.xxxiiij. ¶Et ideꝫ
dicas ſi ex poſt faco poſt impetratio-
neꝫ diuideret dioceſis aliqua ꝛ fines
reſtringerent vt diebus iſtis factũ vi
dimus in epatu Burgi in Briſſia du-

UVA. BHSC. IyR_228_4

catus Sabaudie: q2 nõ obſtãte divi= ſione ſecuta poſſet trahi reus pri⁹ im petrat⁹ vltra vnã dietã a finib⁹ novis et fieret cõputatio habito reſpectu ad antiquos. tex. eſt in extravagan. ſedes apo. §. fi. de reſcri. quã allegãt Joan. an. ⁊ Domi. in d. c. ſtatutum §. cũ vero. ⁊ Feli. i. d. c. ad audiẽtiã. ¶ Item põt ⁊ tertio oppo= ni ꝙ eſt impetratũ a b heretico. l. ij. de ſum. trini. ⁊ fi. cat. ¶ Itẽ quarto ꝙ ab excõicato quo caſu ipo iure eſt nullũ. c. j. de reſcri. in. vj. niſi impetraret ſup excõicatione vel appellatione vt ibi ⁊ alijs caſib⁹ de quib⁹ p Do. ibi in fina. verbis. ⁊ p Feli. egregie. in. c. fi. de ex= cept. ad quos te remitto vſq3 adeo ꝙ nec impetrat⁹ poſſet illo vti: q2 annul latio reſcripti impetrati ab excõicato nõ cauſat favore adverſarij ſ3 in odiũ excõicati vt ad gremium eccleſie re= deat Do. poſt doc. in. d. c. j. nec diſtin= guit inter excõicatũ occultũ ⁊ manife ſtũ ſm Jo. mo. Joã. an. Domi. ⁊ alios ibi: l3 in iudice rõne publice vtilitatis diſtinguat inter notoriũ excõicatũ et occultũ. in. c. ad ꝓbandum de re iudi. ¶ S3 ſane intellige qñ a principio cũ impetrabat erat excõicatus ſec⁹ in ſi= mili dicit tex. de ꝓcuratore excõicato tpe ꝯſtõnis. in. c. poſt ceſſionẽ de ꝓcu= ratorib⁹. ſec⁹ ſi poſtea ſupveniret excõ municatio: q2 tũc ſolu3 ſuſpẽderet ei⁹ executionẽ exceptiõe oppoſita adver= ſario. per nota. i. c. pia. de excep. in. vj. ¶ Sed an ꝓ alio poſſet excõicat⁹ im= petrare reſcriptũ Jo. an. Do. in. d. c. j. Jo. an. ⁊ Panor. in. c. fi. de ꝓcu. tenent ꝙ non: q2 dictũ. c. j. loquit̃ ſimpliciter et ſine diſtinctione: licet glo. in. c. fina. gl. j. circa mediũ voluerit ꝯtrariũ ⁊ ma le: vide pleni⁹ doc. in. d. c. j. ¶ Quinto põt opponi ꝙ fuit impetratũ p mona chũ vel canonicũ regularẽ Spec. i tit. de reſcri. ꝓſen. §. rõne aũt impetrãtis. ver. itẽ ꝙ eſt monach⁹. ¶ Sexto qđ in

¶ † In primis obiiciet nõ habes iuriſditionẽ q2 nõ ꝑtinebat iuriſ= ditio ad delegãtẽ: vt. C. q̃ ꝓ ſua in= riſ. iud. dare da. ve poſ. l. vna. Uel delegãs te i tali cã te nõ potuit de legare: q2 cã eſt liberalis vel eſt cã q̃ ſpectat ad merũ iperiũ[a] nec cõ=

bñficialibus fuit impetratũ p laicũ l3 poſtea ſe fecerit clericari. c. ex lr̃is. de trãſac. vel p vxoratũ. c. cũ decorem. de cle. cõiu. vel p nõ hñtẽ etatẽ mores et ſcia3. de qb⁹ i. c. cũ i cũctis. ⁊. c. dudũ. de ele. c. eam te. de eta. ⁊ quali. vel ta= cuit dignitatẽ quã habebat. c. ad au= res. de reſcript. ¶ Septimo ꝙ fuit impetratũ contra privilegiatũ nõ fa cta mẽtione privi= legij. c. cũ ordinẽ. de reſcrip. ¶ Octavo ꝙ contra abbatẽ hñtẽ bona diſcreta a bonis monaſterij de monaſterio non facta mentione. c. edoceri de reſcript. ¶ Nonc qđ maiores res ⁊ digniores pſone cõprehẽſis conveniunt virtute clauſule gñalis. c. ſedes. de reſcri. vel vltra numerũ q̃tuor. c. cũ in multis. e. ti. li. vj. ¶ Decimo ſi fuerit ipetratũ ꝯ matrẽ noie filioꝝ poſtq3 trãſivit ad ſe cũda vota. c. ex parte. in. de ap. ¶ Alia multa q̃ ꝯ reſcriptũ diverſis ex cauſis pñt opponi vide p Spec. ti. de reſcri. pñta. p totũ ti. a quo ti. Bal. ibi i addi tione ad finem prudẽtiã nos haurire elegãter admonet ſi practici eſſe veli mus ⁊ in curijs verſari al's ꝯſortiũ pe ritorum nobis eſſe vult interdictum.

a ¶ Merũ imperiũ. iſtud nõ ꝓcederet iure canonũ: q2 illo iure ea q̃ ſunt me= ri vel mixti imperij ſunt delegabilia glo. i. c. qđ ſedes. gl. magna ad finẽ. de of. or. gl. i cle. vna. i ṽ. civili. đ of. dele. ⁊ gl. i. c. i archiep̃atu. gl. fi. de rap. ⁊ in c. illud. xxiij. q. iiij. et ita magis cõiter ꝯcludit̃ ſm Alex. i. l. j. i pñc. col. ij. ff. de of. ei⁹ cui mã. eſt iuriſ. ⁊ ibi p Jaſ. i. vij. col. q̃ aũt ſint de mero vel mixto impe rio: ⁊ q̃ de iuriſditiõe in ſpẽ te remitto ad ea q̃ ſcripſi poſt doc. i. l. iperiũ. ff. de iuriſ. om. iu. reſervata tñ pape etiã in re cano. ſubdelegabilia non ſunt ſm eos poſt Anto. de but. ⁊ Jmol. in. d. c. quod ſedes. ¶ Adverte etiã ꝙ ꝯ dele= gatũ principis nõ poſſet opponi exce ptio de qua hic p autorẽ: q2 princeps



UVA. BHSC. IyR_228_4

cās meri ⁊ mixti impꝑij paſſiꝫ delegat
iſte eſt tex.⁊ ibi glo.i.d.c.illud.gl.fi.et
Bar.i.d.l.j.i pn̄.col.ij.ver.q̄ro nunq̄d.
dicēs doctores ita determinare.ꝑ quo
adducit.l.fi.C.vbi ſena.vel clari.ꝯue.
⁊.l.j.C.de p̄ci.ipe.
of.vbi ēt Bal.i.iiij. a
no.⁊ Iaſ. ēt in.iiij.
no. ¶Et nedū p̄n=
ceps immo ēt dele
gat⁹ principis pōt
cām ſibi delegatā
criminalem alteri b
ſubdelegare. gloſ.
ſing.i.l.vna. i ver.
iudicādas.i fi.C. q̄
ꝑ ſua iuriſ. iu. da.
dari ve.poſ. quam
ibi ſequunt̄ Bart.
Bal.Ang.⁊ Paul. c
de ca. dicēs videri
iſtā eſſe cōem ſniam:⁊ illā gl. ēt ſequū
tur Bar.Bal.Ang.⁊ Iaſ. latiſſime ſu=
ſtinēs in.xv.col. ⁊ duob⁹ ſequētib⁹ in
d.l.j.i p̄n.⁊ illā gl.dicit ſingularē Car.
flo.i.c.archiep̄atu.de rap.⁊ illa gl.fun
dat ſe i tex.ſuo.in fi.l.quē tex.Bar. ibi
dicit ſingularē.in ver. nullo ꝑſonarū
cauſaꝝ ve ⁊c.bn̄ facit tex.i.c.venerabi=
li.vbi doc.de offi.dele.vide Iaſ.vbi.ſ.
Aduerte tn̄ qd̄ lꝫ delegatus principis
poſſit ſubdelegare ēt cām criminalē ꝑ
p̄dicta tn̄ ipſe ſubdelegat⁹ nō poterit
ſubdelegare.glo.eſt ſingu.in.c. ſuper
q̄ōnū articul̄.§.porro.gl.mag.i p̄n. de
offi.dele.quā facit ſingularē Pan̄.i.c.
cū bertoldus.x.col.ver.ſed dubiū nō
tactū.de re iu.⁊ eā ſequit̄ ⁊ dicit repu=
tari ſingularē Alex.de imo.in rub.ff.
de of.ei⁹ cui mā.eſt iuriſ.co.iiij.ver.no
no ꝓbat̄ ⁊ illā ſequit̄ iaſ.in.d.l.j.i p̄n.
col.xvij.⁊ ita al's fuit practicatū in ꝑ=
ſonā magiſtri antonij valere ſubroga
ti a ſubrogato iudicis cauſarū crimi=
naliū tholoſe a cācellaria regia cōmiſ
ſarij in cauſa criminali baſtardi ran=
donis caſtri corduarum.Ordinarius
tamen bene poſſet dare ſuo delega=
to facultatem ſubdelegandi cauſam
alias delegabilem: et in hoc eſt dete=

tingit delegātē ꝓficiſci.[a] vt.C.de
peda.iudi.l.plꝫ. ⁊.ff.de of. ei⁹ cui
mā.eſt in.l.j.j.rn̄. ¶Uel delegat⁹
fuiſti ad certū tp̄s ⁊ iā tue delega
tionis tp̄s trāſiuit. vt.ff.de iudic.
l.ij.§.ſed ſi iudex. ¶Uel es delega
tus ad certā ꝗtitatē[b] vel ad certā
rē ⁊ vis cognoſcere de maiore nec
ego ꝯſentire volo. vt.ff. de re iu.l.
de q̄ re.§.j.⁊.ff.ad muni.l.inter cō=
uenientes. ¶Uel es delegat⁹ i his
cauſis q̄ exigūt cauſe cognitionē
ſm qd̄ notat̄.ff.de offi.ꝓcon.l. nec
q̄cꝗ.§.vbi decretū,[c] ⁊.ff.de re.iu.l.

rioris conditionis delegatus a prin=
cipe ꝗꝫ ſit ordinarius. glo.eſt ſingu=
laris.in.c. is cui.glo. fina. de offi.de=
leg.i.vj. ⁊ tenēt cōiter doct.i.l. a iudi=
ce.C.de iudi.⁊ Bar.⁊ oēs.i.l.more ma
iorum.ff.de iu. om.
iu.et ibi Ful. dicit
ita itrepide tenen
dū: ⁊ ita cōiter te=
neri teſtant̄ Imo.i
cle.j.de offi.dele. ⁊
Alex.in.d.rub.An
to.de tremo.
a ¶Proficiſci. aut
ifirmū eē q2 cauſe
abſentie ⁊ ifirmita
tis eq̄parant̄.l.aut
ſi valitudinē.ff.de
ꝑcu.⁊.l.ſi lōgi⁹. in
p̄n.ibi.infirmitate
vel neceſſaria ꝓfe=
ctione.ff.de iudi.⁊ ꝙ ꝓpter infirmita=
tē poſſint q̄ ſunt meri ⁊ mixti imperij
delegari ſicut ꝓpter abſentiā tenent
Pet.de bel.perti.Cy.Ray.Albe.Bar.
Alex.laudē.⁊ Iaſ.dicens eſſe cōem.in
l.j.in prin.ff.de of.eius cui mā.eſt iu=
riſ.⁊ ca.in.c.qd̄ ſedes.de offi.ordi.Dū
modo ſit longo tēpore duratura ⁊ gra
uis infirmitas.l.queſitum.ff.de re iu.
⁊ dūmodo facti ſine ipſo iudice poſ=
ſet expediri.c.ſi pro debilitate.de offi.
deleg.multitudo tn̄ cauſarū non eſſet
cauſa ſufficiens delegādi tales cau=
ſas ſcdꝫ doc.in.d.l.j.in prin.per.l.pla
cet.in.j.C.de peda.iudi. de quo ple=
nius per Lud.Alex.⁊ Iaſ.in.d.l.j.in
prin.in vlti.col. ¶Adde etiā ad prin
cipale dictū ſpeciale eſſe in cā reſtitu
tionis in integrū ⁊ ſuſpecti tutoris re
mouendi ꝙ poſſunt delegari lꝫ ſint
mixti imperij. de primo eſt tex.in.l.fi.
C.vbi et apud quos.de ſecundo.in.l.
cognitio.in prin.ff.de offi.ei⁹ cui mā.
eſt iuriſ.De tre.
b ¶Quantitatē.de hoc dixi.ſ.de ipe=
di.execu.ver.ratione quantitatis.
c ¶Decretū.ſenſit ergo do. Uber. vt
vides verū intellectū illius.§.vbi de=
cretū ꝙ q̄ req̄rūt cauſe cognitionē ad=

UVA. BHSC. IyR_228_4

de ⁊ decreti iterpositionē nō poſſunt delegari: quē intellectū ponit ibi gl. i iij. lect. ⁊ illū dicit cōem ⁊ approbatū Iaſ. ibi in. ij. ⁊ pe. lec. lz etiā intellect⁹ Ia. de are. cōiter teneat̃ de quo ibi ꝑ doc. ¶Ideo aūt dixi addēdū ⁊ decreti iterpositionē q: in illis terminis loquit̃ tex. ille. Si ei a nō reqrerēt decreti interpoſitionē ſed expectarent ſniaz diffinitiuā tūc bñ poſſent delegari ſi cōpeterēt iure cuiuſlibet magiſtratus vt q: eſſēt cauſe crimiales leues vel ciuiles a. ccc. aureis. j. al's nō ꝑ tex. in aut̃. de defē. ciui. §. ⁊ iudicare. ⁊. §. audient. coll̃. iij. iuncta. l. j. in prin. de off. eius cui mā. eſt iu. niſi i caſib⁹ de qb⁹ i addi. ꝓceō. de hoc tñ videbis Iaſ. pleni⁹. in. d. §. vbi decretū. col. fi. Anto. de tre.

a ¶Multofortius. ad iſtud argumētū facit: q: iuriſditio ordinaria eſt fauorabilis ⁊ ampliāda delegata vero ſuꝑinducta extraordinaria ⁊ odioſa ſicq; reſtringenda gl. in. c. diſpendia in ver. vel cōuētionis. de reſcrip. li. vj. ⁊ glo. in cle. ij. glo. pe. de offi. or. ⁊ notāt ſcribētes. in. c. p. ⁊. g. de offi. dele. ⁊ in. l. fi. ff. de iuriſ. om. iu. ¶Aduerte tñ ecōtra ꝙ oīs cā q̄ eſt ſufficiēs ad repellēdū delegatū nō ē ſufficiēs ad repellēdū ordiariū ꝑ ſpec. ti. de recu. §. cā recuſatiōis. ibi itē no. allegat i argumētū. c. vt debitus honor. de ap. Ant. de tre. iur. vtriuſq; doctor.

b ¶Libellū. ſentit ergo doctor iſte qd̄ in ſcriptis ꝓponēda ſit recuſatio non verbotenus quod etiam tenuit gloſ. Ia. bu. Ang. Sali. Ful. ⁊ Iaſ. i. l. fi. C. ō in. eq̄parat̃ ei ꝑ eos appellatiōi ab iterlocutoria q̄ dz interponi i ſcriptis c. cordi. de ap. li. vj. bñ facit tex. i. c. ſuꝑ eo. de ap. Similē eq̄parationē iter appellationem ab interlocutoria ⁊ recuſationē quo ad effectū ſuſpēdendi iuriſditionē facit Pau. de ca. in. l. q: poterat. ff. ad treb. poſt Io. an. in. c. legitima. de app. in. vj. ¶Et qd̄ in ſcriptis debeat proponi ſuſpitionis cauſa tenet glo. in. c. qm̄ cōtra falſam. in ver. recuſationes. ⁊ ibi Hoſt. Io. an. pa. ⁊ Feli. eaz ſequunt̃. de ꝓba. ⁊ glo. in. c. ſcd̄o reqris. in ver. corā eodē. de app. ⁊ gl. in. l. apertiſſimi. C. de iudi. Archi. Io. an. do. ⁊ in. d. c. legitima. et ſpec. in ti. de recu. §. qualiter aūt. in prin. ¶Sed neceſſariū dubiū ē vtrū papa: aut imperator poſſint tollere recuſationē ex cauſa ſuſpitionis pa. in. c. ad hec. de reſcrip. notat ibi gl. magnā in cauda et eā dicit ſinglr̃ notādā ⁊ ſe neſcire alibi ita expreſſam ꝙ nō poſſit princeps de plenitudine ptātis cām cōmittere ſuſpecto ſine facultate recuſandi. idē pa. i. c. cū iter priorē. colū. ij. de exce. cū diſtictiōe tñ quē vide. Itē tz Barb. i. c. ex trāſmiſſa col. de fo. ꝯpe. ⁊ do. i. c. iudex. col. pe. de of. del̃. i. vj. Imo. ⁊ Ang. de are. i. l. j. §. iterdū. ff. a qb⁹ ap. nō lz. ¶Cōtrariā ſniam tz gl. in. l. eos. i ꝓn. gl. iij. C. ō ap. volēs papā ex certa ſententia poſſe ꝯmittere articul appelli iudici prie iſtātie. lz ſit ſuſpect⁹ ⁊ idē tz gl. quā Ang. ibi dicit diligēter notādā i. l. aptiſſimi. i ver. recuſare. i pri. C. de iud. ⁊ Spec. in ti. de recu. §. j. ver. qd̄ ſi ſic. Hoſ. i. d. c. cū iter. ⁊ Inñ. i. c. ex trāſmiſſa. ō fo. ꝯpe. ⁊ fater̃ pa. i. d. c. ad hec doc. cōiter tenere ꝯtrariū ei⁹ qd̄ ibi tz gl. ⁊ ꝯtrariū ēt tz phi. ꝓu. i ru. ō ap. co. x. ⁊ i. c. poſtrmo co. iij. e. ti. ⁊ ibi ꝓ po. diui Ambroſij. ⁊ Fel̃. i. d. c. cū iter. co. v. ⁊. vi. vbi rñdet ad fundamēta tenentiū cōtrariā partē. ¶Et dicit Iaſ. in. d. l. aptiſ-

oia quecunq;. ¶†Et generaliter oēs exceptiones q̄ in ꝑſonis ordinariorum opponi poſſunt eedē et multofortius[a] ꝓceſſum impediēt delegati: q̄ ⁊ quales ſint. s. In prima rubricella examinauimus diligenter. ¶Nouiſſime ſi oēs tibi deficiant ſupradicte exceptiones qd̄ de facili nō cōtinget recurras ad libellū[b] recuſationis cōtra iudicē delegatū ꝑ quē ſcd̄z noſtrorū ſniaz ꝓceptorū ipm̄ faciliter remouebis ſcd̄m ſniam aliorū ⁊ canoniſtarū cū magna difficultate vt notauimus ſupra in prohe. huius



UVA. BHSC. IyR_228_4

ſſimi ꝙ gl.in.d.c.ad hec cōiter repro=
batur ſed illa gl.nō dicit.Sed ſoluz ꝙ
ſi papa committat cauſam notorie ſu=
ſpecto ſimpliciter ſine clauſula recu=
ſatione remota non tollitur facultas
recuſandi ſm Fe=
li.in.d.c.cuz inter.
poſt philip.in.d.c.
poſtremo. et dicit
ad hoc illam gloſ.
aureā. ¶ Uñ cōiter
cōcluditur per ſcri
bētes prefatos cū
ſpec.vbi.ſ.ꝙ gñā=
lis clauſula nō ob
ſtāte recuſatiōe nō
tollit niſi friuolaz

a operis.ſ.⁊ ꝗꝗ.[a] ¶ † Et,eſt ſciēdū
9 ꝙ prefate exceptiones dilatorie ⁊
ſupraſcripta ipedimēta legitima
per q̄ proceſſus ex perſonis acto
ris accuſatorum iudicum ordina
riorum ⁊ delegatoꝝ impediunt:
b debere ante litē ꝯteſtatā [b] ꝓponi
⁊ terminari.vt.ff.ď ꝓcura.l.pōpo
ni⁹.§.ratihabitiōis ⁊.C.de adul.l.
qm̄ alex.⁊.ff.ď iu.l.ſi q̇s ex aliena.

ſecus in ſpeciali puta non obſtante ꝙ ſit cōſanguine⁹ qꝛ tunc tenebit cōmiſſio nec poterit recuſari.Anto.de tre.

a ¶ Et ꝗꝗ.⁊ ibi dixi in additiōe in verbo ſuſpectum ⁊ ſequen.

b ¶ Ante litē cōteſtatā.Quia litis cōteſtatio eſt terminus excluſiu⁹ dilatoriarū.l.fi.C.ď excep.⁊.l.nemo.C.de iuriſ.om.iu.vbi de exeptiōe incōpetētie que debet ceteras precedere:vt.ſ.ti.j.ver.⁊.ꝗꝗ.Adde tex.in.c.inter monaſterium.de re iudi.vbi de exceptiōe ſuſpitionis cōtra iudicē ꝙ debuit ante litis ingreſſum opponi. ¶ Pl⁹ voluerunt ibi gl.in ver.iudiciuz.Inn.Bal.Card.flo.pa.⁊ Feli.ꝙ etiā ante litem cōte.ꝑ prepoſitionem alterius dilatorie reus videt̃ in iudicē cōſentire ⁊ ſic ſe excludit ab exceptione recuſatiōis propter ꝙ in initio eſt ꝓponenda.pro quo eſt bonus tex.in.l.ſed ⁊ ſi ſuſceperit.in prin.ff.de iudi.quem ad hoc dixit ſingularem Bal.in.c.exceptione.de excep.⁊ referunt Feli.in dicto .capitulo.inter. columna. vj.⁊ Iaſ. licet corrupte.in.l.ſi conuenerit.colum.vj.ff.de iuriſ.om.iudi.et ibi iſtud tenent Bar.Pau.⁊ Alex.

¶ Et ꝙ proponatur ſuſpitio in.principio dicebat eſſe tuti⁹ ſpecu.in.d.tit.de recu.§.fit autē ad fi.vide tamē vndecim declarationes per Feli.in.d.c.inter monaſteriuz. ¶ Item adde text. de exceptiōe procuratoria etiā ante litis conte.proponenda.in.l.ita demū.C.de procu.qui text.plus probat ⁊ ad hoc reputatur ibi ſingularis a Bald.Alex.⁊ Iaſ.ſcďm intellectum Barto.et communez ꝙ ſi dilatoria nō fuerit oppoſita ante litē conte.In prima inſtantia ꝙ non poterit opponi in cā appellatiōis etiā ante litem conteſtatam.quia prima litis conteſtatio eſt termin⁹ excluſiuus dilatoriarum.per illum text.quem etiam dicit ſingularem Pa.in.c.in noſtra.de procuratoribus.colum.ij.

¶ Iſta tamen concluſio doct.hui⁹ qď dilatorie poſt litem conteſtatam non poſſunt opponi fallit breuiter primo in dilatoria ſolutiōis de qua infra eodem verſiculo attende tamen.Secūdo fallit vbi pars taceret et pateretur dilatoriam opponi poſt litem cōteſtatam ⁊ ſuꝑ illa cognoſci quia iudex debet ſuper illa pronuntiare ⁊ ſi vera ſit eam admittere alias poterit appellari per theoricam nota.⁊ ſempꝫ mēti tenendam glo.ſingularis quam pa.ibi in tertia col.neſcit alibi.in.c.cum cōtingat in verſiculo nihilominus.de officio delega.⁊ ibi multa ſimilia adducit.⁊ late Feli.i d.c.inter monaſteriuz.colum.xiiij. ¶ Tertio fallit in exceptiōe excommunicatiōis que fauore anime ꝓpter periculum cōmunionis poteſt opponi quandocunqꝫ etiā in vim dilatorie per tex.in dicto.c.exceptionem.et dixi ſupra titulo primo.verſicu.in perſonā.in additio.in ver.excommunicat⁹.⁊ idez generaliter in omni dilatoria reſpiciēte periculum animarum propter generalitatē illi⁹ decret.exceptionem in ratione ſui.ita dicit poſſe attentari Fel.ibi.col.octaua.verſic.fallit.vij. ¶ Quarto fallit in dilatoria iudicij que orta fuiſſet poſt

UVA. BHSC. IyR_228_4

litem conteſtatam.c.inſinuāte.de officio delega.c.paſtoralis.de exceptionibus.et ibi gloſſ.et vtrobiq̧ docto.et gloſ.in dicto.c.exceptionē.text.et ibi Bartolus et docto.in.l.eleganter.§.ſi quis poſt.ff.de cōditio.idebi.¶Quinto idem dicas ſi orta erat ante litem conteſtatam reo ignorante tamē poſt peruenit ad notitiam rei quia etiam tunc poſt litem conte.poterit opponi tex.in.d.c.paſtoralis.in fi.et tenet gl. quam ibi ſequuntur Bar.⁊ communiter doc.in.l.error.in ver.facti.C.de iur.⁊ fac.igno.et iſtam dicit eſſe communem Alex.in.d.l.ita demum.verſ. quarto fallit.et Fely.in.d.c.paſtoralis.col.vij.eam etiam tenet gloſ.in.§. exceptio.iij.q.vj.⁊ bene facit glo.in.c. ad audientiā in ſecundo.glo.fin.ad fin.de reſcrip.per quas ita tenet pa. in.c.j.in.ij.nota.de accu.plus dico qđ etiam dubitans exceptionem ſibi cōpetere auditur poſt litem conteſtatā ſicut ignorans per tex.quem Bar.dicit menti tenendum ⁊ ſe neſcire alibi.in.l.manifeſtiſſimi in prin.verſic. ſinautem neſcius vel dubitans.C.de fur.⁊ per illū text.hoc in ſpecie tenet Bal.ibi poſt Jac.de are.⁊ Cy.⁊ tenet Sali.in.l.licet quicquid glo.ibi dixerit.C.de ꝓcu.ambas has vltimas fallentias limita:dummodo ante renūtiationem et concluſionē in cauſa.q̄ poſt partiū organa ſunt clauſa vt nil poſſit deduci quod in cauſe cognitione vertatur.c.cum dilectus de fide inſtru.⁊.c.auditis de procu.ita reſtringunt Ant.de but.pa.⁊ Fely.vj.col.in d.c.paſtoralis.⁊ Jo.and.⁊ pa.in.c.ij. de ordi.cog.¶Et hanc reſtrictionem intellige niſi in exceptione ſuſpitionis orta poſt renuntiationē in cauſa ⁊ in exceptione excōicationis et in exceptione notoria et alijs quibuſdam de quibus per Feli.in.d.c.cū dilect⁹ ⁊ in.ij.c.paſtoralis.¶Itē primam ex his duabus fallentijs reſtringe niſi exceptione poſt litē cōteſtatam orta partes ad vlteriora ꝓceſſiſſent ꝑ text. in.d.c.iſinuāte.vbi Bal.multū notat ⁊ ibi etiam pa.Secundā vero reſtringe niſi fuiſſet negligēs in ea perquirēda vt fuit de mēte glo.in.d.c.paſtoralis.et ibi pa.et Feli.⁊ Alexan.in.d.l. ita demū.in quib⁹ locis vide pleni⁹.

¶Aliā etiā limitationē ponit Nic.de nea.in.l.ij.§.numerū.ff.de excuſa.tu. poſt ray.de for.in autē.preſente.C.de fideiuſ.quos ſequuntur Jaſ.in.l.elegant.§.ſi quis poſ.col.j.preallegata. vcʒ vbi exceptio dilatoria ſuperueniret facto aduerſarij alias non poſſet opponi.vt in exemplo.d.§.numerū.

¶Sexto fallit in omni dilatoria iudicū reddēte iudiciū retro nullum vt eſt exceptio incompetentie iudicis reſpectu iuriſditiōis non prorogabilis. vel exceptio ꝓcuratoria in cauſa criminali q̄ tales poterunt opponi q̄ncunq̧.ter.cū gl.in ver.momenti in.d. c.in noſtra.⁊ ibi Pan.in vl.nota.⁊ tʒ Inno.in.c.ſciſcitatus de reſcrip.exēplificās de exceptione incōpetentie. q̄ iudex erat furioſus.idē Ant.de bu. imo.pa.⁊ Feli.viij.col.in.d.c.exceptionem ⁊ de exceptione procuratoria in cauſa criminali.late Alex.de imo.in d.l.ita demū col.j.verſ.tertio fallit.ꝑ tex.in.l.pe.§.ad crimen.in verſic.fruſtra.ff.de pub.iudi.licet multi contrarium tenuerint vt ibi per eum.¶Idē dicas in exceptione falſi procuratoris per.l.licet et ibi Bar.⁊ oēs ſignāt Alex.C.de ꝓcu.⁊ pa.in.d.c.in noſtra col.fi.vbi idē dicit de exceptione procuratoria contra monachum contra quem poterit q̄ñcunq̧ opponi tu nō potes eſſe procurator.⁊ ita dicit communiter teneri a doctoribus.⁊ eſt gl. in cle.Religioſus in ver.ſuſcipere de procu.idē dicas de exceptione tu nō habes cōſenſum patris.de qua dixi. ſ.ti.ij.verſ.Sed qđ ſi pater.¶Septimo fallit niſi pars fuiſſet impedita et ſupplantata per iudicem per glo.ſingularē que alibi non reperitur in.c. ex conqueſtione.glo.iij.in fi.de reſti. ſpo.quam dicit non eſſe alibi Bald. ibi.quem refert Feli.in.d.c.exceptionem.et ibi vide per eum plene de ve-

UVA. BHSC. IyR_228_4

ritate in.v.colū.illam glo.etiam dicit valde ſingularē imo.ibidē ſm Alexā. in.d.l.ita demū.Octauo fallit vbi litiſ conteſtatio fuiſſet nulla qꝛ nō preſtat īpedimētū qḋ de iure nō ſortit effectū. c.nō pſtat.de reg.iu.li.vj.bñ facit tex. cū gl.iij.d.l.13.ꝛ gl.i.c.ſi pr̄.C.ne d ſta. dfunc.ꝛ gl.i auk.offerat̄.C.de lit.ↄteſt. Pan.ꝛ Alex.i.l.d.ita demū.Feli.i.d.c. exceptionē.¶Nono ſi opponeret dilatoriā incōtinēti poſt litem ↄteſtatā per glo.ſingularem reputatā in.l.pōponius.§.ratihabitionis.ff.de procurato.quā dicit ſingularē Jo.d imo. in.l.ex conſenſu.§.fi.ff.de appel.queꝫ referunt Alexā.ꝛ Jaſ.in.d.l.ita demū et eā dicit reputari ſingularem Feli. in.d.c.exceptionē.Et licet Bal.ꝛ Ange.illā glo.ibi reprobēt ꝛ Jmo.in.d.§. fi.nō firmet nec Alex.in.d.l.ita demū tñ eā firmant Anto.de but.in.c.cū dilectus ꝑ illum tex.ſcḋm vnā lecturaꝫ de ordine cogni.ꝛ Ange.are.in.d.l.ex conſenſu.§.fi.ꝛ Feli.in.d.c.exceptionē et multas gl.in ſimili ibi adducit et dicit ſe intelligere incontinēti anteꝙ ad extraneos actus diuertatur ꝑ nota.in.l.j.§.j.ff.de verbo.obli.eādeꝫ etiā limitationē firmat Jaſ.i.d.l.Jta demū.vbi adducit gl.ſimilē in.l.ij.in prin.in ver.narrationē.C.de iura.calū.ꝛ idē Jaſ.i.l.edita.colū.v.C.de edē. vbi adducit ſex ſimilia.¶Decimo fallit ſi index.reſeruaſſet parti ius dilatorias opponendi poſt litē conteſtatam.c.ad diſſoluenduꝫ.vt ibi Panor. et alij de deſponſa.impu.Feli.in.d.c. exceptionem.colum.vj.multos allegans.ꝛ idem tenet Jaſ.in.d.l.ita demū.colum.ij.¶Vndecimo limitant Jac.de belui.Albe.Alexanā.Anto.et Alexan.ꝛ Jaſ.l.nulli.C.de iudi.quādo eſt dilatoria cui lex non reſiſtit:qꝛ ſi reſiſteret:tūc poſſet quandocunꝙ opponi etiam poſt litem cōteſtatam vt eſt exceptione cōtinentia cauſe diuidatur.ꝛ idem tenet Jaſ.in.d.l.Jta demum.¶Duodecimo limitāt Jnn. in.ca.capitulum ſancte crucis.de reſcrip.Ang.in.l.vēditor.ff.de iudi.Et Bal.in.l.fi.C.de exceptio.Feli.ꝛ Jaſ. in locis preallegatis.quando tertius pro ſuo intereſſe compareret poſt litē conteſtatam qui poſſet ex perſona rei opponere dilatoriam poſt litem conteſtatam.ad quod vide Feli.vbi.ſ.colum.vij.verſicu.Fallit.v.¶Decimotertio limita in exceptione feriarum que licet ſit dilatoria:tamen opponit quandocunꝙ Bal.Ange.ꝛ Alex.per illū tex.l.l.j.§.j.ff.de fer.Ant.ꝛ Jmol. in.c.fin.extra eo.et Jaſ.in.d.l.Jta demum.Licet Ful.teneat contrarium Jn.d.§.j.¶Decimoquarto generaliter limita in omni exceptione habente cauſam ſucceſſiuam ſiue continuaꝫ et ſucceſſiuum grauamē quia ſicuta ſententia interlocutoria que quotidie grauat poteſt appellari quandiu grauat etiam poſt decem dies pone exēplum in interlocutoria incarcerationis.vt volunt Specu.in titu.de appellationibꝰ.§.reſtat.ver.ꝛ nota.ꝛ Bal. in.l.ij.queſtione ſecunda.C.de epiſc. audiē.Alex.in.d.l.j.§.j.ff.de ferijs.Jta exceptio habens cauſam ſucceſſiuam poterit quandocūꝙ opponi vt eſt exceptio loci ſuſpecti vel nō tuti.et exceptio quod q̄s nō debeat audiri ex forma ſtatuti quia bannitus vt exemplificant Feli.ꝛ Jaſ.vbi ſupra ita limitauerunt archi.in capitulo hortamur. tertia queſtione nona Anto.de butri. Jmo.et Feli.in dicto capitulo exceptionem.et Anto.de butri.et alij in capitulo dilectus.in ſecundo de reſcrip.Bald.in lege peremptorias.columna prima verſicul.ſecundo.oppo. C.ſenten.reſcindi non poſſe.Alexan. in lege de etate.quam legit cum lege recuſare.§.fina.colum.v.ff.ad trebel. ꝛ alij per Jaſ.ꝛ Felyn.vbi ſupra allegato.¶Sed dubium eſt quid in cauſis in quibus capitulū litiſconteſtatio non eſt neceſſaria.iuxta clemen. ſepe.de verborum ſignificationibus quouſꝙ poterunt opponi dilatorie. Dic ꝙ vſꝙ ad illum actum qui primus ſolet fieri poſt litiſconteſtationem.Jſta eſt gloſſ.ſingularis.in.c.j.

UVA. BHSC. IyR_228_4

¶Idem puto in beneficiis nova rum[a] cōſtitutionū. et in beneficio

in ver. abſentia. de electione. li. vj. per quam dicit Anto. de but. in. c. cum. m. ferrarienſis de conſti. quē refert et ſequitur Alexand. in. l. nulla. C. de ꝑcu. qd primus actus qui ſolet fieri in cauſis ordinariis poſt litē conteſtatā operatur omnes effectus in cauſis in quibus lis non conteſtatur quos ſolet opari litis conteſtatio ꝓ quo allegat tex. i. c. ex parte decani. de reſcrip. et eſt tex. quem ibi ad hoc notāt Bart. et oēs in. d. l. nulla. lꝫ Jaſ. dicat ibi illum textū nil facere. vide ibi Alexā. et eundē Alex. in. l. nihil arbitramur. C. de procur. et illā glo. reputat ſingularem Fely. in allegato. c. exceptionem. col. iiij. Ant. de tremolis.
a ¶Novarum cōſtitutionū. Tu adverte qꝛ ideo dixit conſtitutionū quia altera eſt de fideiuſſoribus: altera de duobus vel pluribus reis principalibus. Prima habetur in autē. de fideiuſ. in prin. et in auꝭ. preſente. C. eo. altera eſt in auten. de duob. re. in prin. et in auten. hoc ita. C. eo titulo. Per primam ſuccurrit fideiuſſori: vt pri[9] re[9] principalis excutiatur etiā ſi fideiuſſor ſe principalē cōſtituerit ſolutorem et peccatorē per tex. iuncta glo. fi. et ibi Jo. fa. et Saly. in col. in. d. auꝭ. pſente. et glo. in. l. ſi alienā. eo. tit. et Spec. in ti. de renun. et conclu. verſi. ſed ſi fideiuſſor. Bal. in rub. C. de fideiuſ. pa. in. c. pervenit. in. ij. col. ver. ſecundum beneficiū. eo. ti. extra. et fuit deciſum in capella Tho. deciſ. lxxx. incip. Si aliqs cōſtituerit. poſt Cy. in. d. auten. preſente. ¶Intellige tamē niſi renūtiatum eſſet illi auten. preſente et eius beneficio. l. pe. C. de pac. vt voluit gl. in. d. autē. de fideiuſ. in pn. in ver. accedat. et Spec. in. d. ti. de renū. verſ. viſo. Bald. in. d. autē. preſente. in fi. ver. et Ange. are. in. §. ſi plures col. j. et fi. inſti. de fideiuſ. ¶Adverte tñ qꝫ fideiuſſor de idēptitate quātūcunqꝫ renuntiet beneficio nove conſtitutionis de fideiuſſoribus: attamen non poterit conveniri niſi principali excuſſo propter verbum idēptitatis hoc ſonans vt ita demum teneatur qui ita ꝓmittit: ſi a principali non poſſit exigi. ita notabiliter voluit Barto. in. l. j. ibi ex his apparet. et c. C. de cōve. fiſc. debi. lib. x. quē refert et ſequitur Bal. in. d. auꝭ. preſente. in vlti. q. et idē Bald. in l. j. poſt princi. ibi modo ego quero. C. de revo. his que in frau. dicens eſſe caſum in. d. l. j. de conve. fiſ. debi. quod etiā dicit menti tenendū. et tenent alij quos referunt Alexan. in. l. fi. in prin. col. iij. ff. ſi cer. pet. et Jaſ. in. l. decē. col. ij. ff. de verb. obli. ¶Et idē dicas in eo qui ꝓmiſit ſolvere quātominus a debitore poſſet exigi qui nō eſt verus fideiuſſor cū obliget in incertū et fideiuſſor ad certum ſm Jaſ. in. d. l. decē. col. j. in fine. Talis enim habet beneficium ne cōveniatur niſi excuſſo principali etiam ſi beneficio nove conſtitutionis de fideiuſſoribus renuntiaverit ſm Angelum Alexand. et Jaſ. in dicta lege finali in principio. et eundem Jaſ. in dicta lege decem in. ij. columna. ¶Alias differentias inter fideiuſſorem ſimpliciter et de idemptitate ac quantominus a debitore poterit exigi videbis in apoſt. ſequenti. ¶Item et ſecundo intellige quod dicta nova conſtitutio de fideiuſſorib[9] ſuccurrit fideiuſſori vt prius excutiatur principalis niſi eſſet notoriū ipm debitorem non eſſe ſolvendo gl. Bar. Lud. de ro. Aler. in. j. col. et Jaſ. in pe. in dicta lege finali. in princ. ff. ſi certum petatur. et glo. Barto. Pau. Ludo. Alexan. in. ij. col. et Jaſ. in. viij. d. l. decem cum concor. adductis per Jaſ. ibi. Et idem dicunt prefati docto. vbi reus principalis eſſet tirānus vel alſs rixoſus et non ſolitus ſolvere ac difficilis conventionis licet eſſet ſolvendo vt lati[9] per eoſdē vtrobiqꝫ. ¶Per ſecundam vero novam conſtitutionē videlicet de duob[9] reis ſuccurritur et conſulitur duobus reis princi

UVA. BHSC. IyR_228_4

epiſtole diui Adriani[a] ⁊ in cōuē tione officialium qui ſunt per nominatores ſeu electores ad honores ſiue munera euocati.vt.C.de conſti.pecu.l.vlti.⁊ in auten. de duo.reis in princi.et.C.de duo.re. auten.hoc.Et.C.quo quis ordin. ꝯue.l.ij.ll.xj.⁊ aliquātulū tetigi.ſ. q̄.mo.ſuo noīe agē.ꝟ.Itē creditor.

paliter et inſolidū obligatis etiā hoc acto ꝙ poſſit vterqꝫ inſolidum conueniri quoniam pacto nō obſtante poterit alter petere conreum conueniri et excuti pro parte ſi ſit preſens et ſoluendo dicta autētica hoc ita.niſi a fuiſſet renuntiatū ⁊c.⁊ niſi in caſibꝰ not.in.d.§.ſi plures.et per Angelum ⁊ Pau.in.l.ſi dubitet.§.i.ff.de fideiuſſo.et merito dixit domi.Uber. in plurali nouarū conſtitutionum.¶Item aduerte qđ fideiuſſor habet tria beneficia.Primū eſt ordinis:vt priꝰ ꝑncipalis excutiatur ⁊c.¶Secundum eſt cedendarum actionum lege modeſtinus.ff.de fideiuſſo.⁊ dicta autentica preſente.cum ſimilibus.¶Et adde quod fideiuſſor ſoluenti nedum eſt cedenda actio cōtra principalem reum verum etiam contra eum fideiuſſorem pro rata.gloſa eſt ſingularis in lege vnde queritur.§.fina.gloſſa finalis in fine.ff.commo.⁊ ibi Paulus dicit illam eſſe ſingularem qui illum.§.legit cum lege ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculū.¶Tertium quando ſunt plures fideiuſſores vel conſtitutores inſolidum quia competit eiſdem beneficium epiſtole diui adriani vt debitum diuidatur inter omnes ſi ſunt preſentes et ſoluendo.lege finali.C.de conſtituta pecu.cuꝫ ſimilibus.que tria remedia ponit Panormitanus poſt Fran.zaba.in capitulo peruenit in fine prima columna.de fideiuſſoribus cetera ad materiam dices in apoſtil.ſeq.Antonius de tremo.

a ¶Epiſtole diui Adriani.Hoc ideꝫ voluit Speculator in titulo de acto.verſiculo.Item repellitur creditor.et in titulo de excep.§.dicto.verſicu.qui de exceptione beneficij epiſtole et ſequen.vbi poſt de deo.⁊ vtrūqꝫ Uber.dicit tutius eſſe ante litem conteſtatā opponere huiuſmodi exceptiōes.¶Sed tu latius dic imprimis quod exceptio ordinis ſeu excuſſionis eſt dilatoria ſecundum Bartolum in lege tertia in penultima queſtione.ff.de excep.⁊ per conſequens ante liteꝫ conteſtatam opponenda nec poſſet poſt opponi lege ita demum.C.de procura.cum ſimilibus.¶Et idem voluerunt Iacobus de bel.in.§.ſꝫ neqꝫ in penultima queſtione in autētica de fideiuſſoribus.columna prima.Baldus ⁊ Salicetus in dicta autentica preſente.Cynus Baldus in penultima columna verſiculo eſt et quedam.et Salicetus in columna in lege exceptionem.C.de probatio.Paulus de caſtro et Alexander remiſſiue in vltimis verbis ⁊ Iaſon in prima columna in lege finali in princi.ff.ſi certum petat:⁊ idem Paulus ⁊ Iaſon in ſecunda columna.verſiculo alia eſt notabilis in l.decem.de verborū obligationibus.ff.Angelus are.in.§.appellantur columna penultima inſtit.de exceptio.¶Intellige tamen niſi ſuperueniret poſt litem conteſtatam puta tempore litiſconteſtatio reus principalis erat non ſoluendo lite pendente effectus eſt ſoluendo poterit fideiuſſor opponere quod creditor vadat contra ipm̄ reum lege ſecunda.C.de conſor.eiuſdem li.Ita tenuerūt Iacobus de bel.in dicto.§.ſed neqꝫ in vltima queſtione Iacobus de are.⁊ Ray.de ſor.in dicta autentica preſente.Alexander in vltima columna ⁊ Iaſon in penultima in dicta lege finali in prin.⁊ idem Alexander in lege ſi mulier.in prima columna.ff.ſoluto matrimonio.Licet multi tenuerint contrarium puta petrus et Cynus in dicta autentica preſente Bald.in lege peremptorias columna finali.C.ſen.reſcin.non

UVA. BHSC. IyR_228_4

poſ. Baldus ⁊ Paulus in dicta lege finali. in prin. Salicetus in autentica hoc ſi debitor. C. de pig. Adducũt tex. quem Bald. in dicta lege peremptorias dicit eſſe ſingularẽ in. d. l. finali verſiculo ſed ſi cum ſeio. ad quem reſponde vt per Alexandrum ibi ¶ Limita etiam predicta in fideiuſſore ſimplici qui habet neceſſe ante litem conteſtatam opponere exceptionem ordinis ſecus autem in fideiuſſore indemnitatis ⁊ in eo qui promiſit quantomin⁹ a debitore exigi poſſit: de quibus etiam dixi in apoſtil. precedenti tales enim etiam lite conteſtata poterunt opponere dictam exceptionez ſm Bal. in. c. ex reſcripto de iureiurã. quẽ refert ⁊ ſequit̃ Jaſon in. d. l. fin. in prin. colum. j. et in. d. lege decem. columna ſecunda et ibi etiam tenuerint Rap. cu. ⁊ Pau. de caſt. in vltimis verbis. ¶ Et ſic habes duas differentias iter p̃dictos fideiuſſores ⁊ fideiuſſorẽ ſimplr̃ acceptũ. Aliã nacta occaſione notabilem ⁊ in practica vtilẽ reperio differentiã inter eoſdẽ per Bal. Paulum de caſtro Alexã. in. iiij. col. ⁊ Jaſonẽ in tertia in. d. l. fin. in prin. ⁊ ꝑ eoſdem Alexandrũ ⁊ Jaſonẽ in. d. l. decẽ. per Pa. in. c. fina. de fideiuſſor. ꝑ Alexan. in addi. ad Bar. in lege ſi fideiuſſor creditori. ff. de fideiuſ. videlicet qđ creditore negligente ⁊ conſtituto in mora exigendi a debitore exiſtẽte ſoluendo ex denuntiatione fideiuſſoris de indemnitate vel accepti in id qđ a debitore exigi non poſſit mora ipſa et negligentia creditoris nocebit ſibi ſoli ⁊ nõ poterit ampli⁹ agere contra tales fideiuſſores ꝑ tex. valde ſingularẽ in lege ſi fideiuſſores in id. ff. de fideiuſſo. quẽ ita appellãt Alexã. ⁊ Jaſon i. d. l. decẽ: ſ; ſec⁹ in fideiuſſore ſimpliciter accepto qui non haberet bñficium excuſſionis puta q: renũtiaſſet autẽtica preſente ꝓut quotidie videmus fieri q: eo caſu denuntiatio ipſa fideiuſſoris ei nõ ꝓdeſſet imo teneret ea nõ obſtãte ꝑ dictã legẽ ſi fideiuſſor creditori ar̃s vbi haberet bñficiũ excuſſiõis eſſet idẽ qđ in ſupradictis. vt ꝑ gl. in dicta lege ſi fideiuſſor ⁊ ꝑ ſcribentes predictos vbi ſupra. Adde qđ ſi plures fideiuſſores pro aliquo intercedunt omnes pariter ſunt obligati niſi renuntiauerint beneficio epiſtole diui adriani vel beneficio noue cõſtitu. de duobus reis vt habetur in l. iij. C. de fideiuſſ. et in aut. hoc ita. C. de duobus reis. Scias tamẽ quod ſi plures rei debendi conſtituerentur q̃ alij ſunt loco fideiuſſorum habendi ⁊ fideiuſſorum beneficio gaudent ita ſing. dixit Guilel. de cu. in. l. ſed iulianus. §. idez ait ſi duos per illũ tex. ff. ad mace. ad qđ allegat etiã gl. i aut. de fideiuſ. §. j. que incip. nota differentiam qđ dictũ pro valde no. refert ⁊ ſequitur Lado. ro. in conſil. cxiiij. incip. viſis ſupra conſultis per eximios in prin. qđ eſt no. ſ; Hyppo. marſi. in ſingu. ſecundo incip. ſi plures fideiuſſores. ¶ Item aduerte et perpetuo nota in practica quia licet non oppoſita dicta exceptione ante litem conteſtatam nõ poſſit poſtea opponi. Attñ opus erit qđ creditor ꝓbet reũ principalem nulla poſſidere bona alias ſuccũberet tanq̃ ſine actione agens q: nõ eſt ſibi aperta via agendi niſi his ꝓbatis. ita no. colligit̃ ex dictis Barto. ⁊ Bald. in. l. ij. C. communi diui. et voluit Pau. de caſt. in. d. l. decem. in vltima col. ⁊ ibi Alex. in. v. col. verſiculo vtrũ aũt. ⁊ Barto. ⁊ alij in. d. l. fina. in prin. Et hec pro nunc ſufficiant de exceptione excuſſionis.

¶ Quo vero ad exceptionem diuiſionis ex beneficio epiſtole diui Adriani vides autorem hunc velle quod ſit dilatoria et ante litem conteſtataz opponenda. Idẽ tenet Speculator vbi ſupra ⁊ reperio Bald. in. d. l. exceptionẽ in pe. col. ſimpliciter dicentem qđ ſit impetranda ante litem conteſtatã ⁊ dicũt Franciſcus zabarell⁹ ⁊ Paul. in. j. col. verſiculo in gl. in. c. peruenit. de fideiuſſoribus quod ſi plures fideiuſſerint inſolidum diuidit̃ debitum inter eos ſi oẽs ſunt preſentes ⁊ ſolue

do ⁊ hoc poſtulant ante litem conteſtatam. ¶Sed contrarium tenuit idē Speculator in titulo de renuntiationi. ⁊ conclu. columna ſeptima verſiculo ſequitur vide, dicens et ante ⁊ poſt litem conteſtatam vſqꝫ ad ſententiaʒ poſſe hoc beneficium opponi per legem fideiuſſor. vbi etiam gl. C. de fideiuſſoribus. et Speculato. ſequitur Bartolus poſt Dynum in lege ſi dubitet in prin. ff. eodem titulo. et Baldus rectius loquutus in dicta lege fideiuſſor in fi. ⁊ Ange. areti. in. §. ſi plures columna ſecunda inſtit. eodem.

¶Immo dicunt Bartolus ⁊ Baldus in locis preallegatis quod etiā poſt ſententiam appellatione ſuſpenſam in cauſa appellationis poterit opponi dictum beneficiū de quo etiam late per Angel. areti. in. d. §. ſi plures.

¶De beneficio vero cedendarum de quo autor iſte hic nihil meminit oēs fatentur poſſe opponi poſt litem conteſtatam ⁊ poſt ſententiam per textū in. d. l. ſi fideiuſſores in. d. §. primo. et voluit idē autor infra titu. de except. ⁊ benefi. que poſt diff. poſt princ. vbi expreſſe dicit opponi poſſe. poſt ſentētiaʒ ⁊ eſt ratio quia talis exceptio nō impugnat ſententiā vt p Cy. in. l. j. C. de iur. ⁊ fac. igno. ⁊ Bar. in. d. l. ſi fideiuſſores. §. j. ⁊ Bal. in aut. pñte verſic. ceſſis. nota ⁊c. Et in. l. fideiuſſor in fi. verbis. C. de fideiuſ. vbi plus voluit ꝙ etiā poſt quadrimeſtria tēpora poterit opponi qñcūqꝫ ante ſatiſfactionem. de quo eſt glo. ſingularis in. l. ab executore. in verſi. excedat. C. quo. ap. nō reci. ſcđm Iaſ. in. l. j. C. de iur. ⁊ fac. igno. col. pe. Anto. de tre.

[a] ¶Condemnari inſolidū. quod pōt etiā eodē libello dūmodo proteſtetur ꝙ vniꝰ ſolutione vult eſſe contentus ⁊ ceteros liberari ſm Bar. ⁊ Bal. in. l. ſi mandato titij. §. paulus reſpondit.

pupillum colligit aliquas limitationes ad illum text. ex nota. per Barto. in dicta lege. ij. §. fina. Sȝ plenius attingendo premitte quod maior iudex dicitur q̄ maiorē habet iuriſditionem in illa cauſa puta poteſtas reſpectu conſulū artis qui poſſent de eadē cauſa cognoſcere vnus tanq̄ ſpecialis alius tanquā generalis: ita exemplificat Pau. de caſtr. in. d. l. ij. §. j. vel iudex ordinarius reſpectu preſidis ſiue ſeneſcalli in grauioribus cauſis ⁊ delictis quemadmodum exemplificat Bald. in. l. ſenatus. col. fin. C. qui accuſa. non poſ. in poteſtate aſſiſij et rectore ducatus qui preeſt ꝓuincie. ¶ Item dicitur maior iudex appellationis reſpectu primi iudicis indiſtincte ¶ Sed reſpectu territorioꝝ nullus dicit̄ maior quia quilibet in ſuo territorio dicitur maior vt eſt gl. ſingularis. in. l. apud eum. ff. de manu. titu. gene. ſecundum Pau. in. d. §. j. hoc premiſſo dic quod regulariter vocatus ad maius territorium nō tenetur comparere coram minori iudice etiam citante. d. §. fina. ¶ Iſtud ſane intellige coram duobus pro duabus cauſis quia ſi pro vna tunc reſpectu iudicum eſt locus preoccupationi et preuentiōi ita quod ſi minor iudex preuenit in procedendo nō tenetur deferre maiori nec dimittere proceſſum ſuum nec relaxare malefactorem quem legitime detinet in carcere. Si vero vno contextu et ſimul incipiant cognoſcere tunc debet comparere coram maiore puta coram rectore reſpectu poteſtatis et ibi cauſa dirimetur ſecundum Alexand. de imo. in dicta. l. contra pupillum. §. fin. arg. in ꝯtrarium que allegat: ſed ante eum ꝑ alia iura hoc voluit Bald. in dicta lege ſenatus ſubdens in fin. verbis vnum quod dicit nota. dignuȝ quod dicitur minor iudex preoccupaſſe capiendo malefactorem. Cum captura ſit citatio realis ſed Bal. in. d. l. ij. §. j. ff. ſi q̄s cau. et Alexan. vbi ſupra limitāt niſi maior iudex eſſet princeps quia ille bene poteſt vetare ordinarium inferiorem cognoſcere de cauſa quā preuenit vt per eos. Et ꝺ hac exceptione preoccupationis vide Barto. et Alexand. in additio. ad eum in. l. ſepulchri violati. ff. de ſepulchro violato.

§. finali. ¶ Vel quia ad clamorem preconis[a] et eius vocem non intelligit. vt. C. quomodo et quādo iudex. autētica qui ſemel. ⁊. ff.

Secundo intellige quando quis vno ⁊ eodeȝ tempore vocatur ad duo tribunalia pro diuerſis cauſis vt excuſetur non comparendo coram minori. Secus ſi diuerſis diebus ſicq̄ neceſſitas prime citationis non impedit quominus ad aliam cauſam reſpondeat. gloſ. in. d. l. ij. §. fin. ⁊ in. l. de crimine. C. de accuſat. Tertio intellige niſi cauſa pro qua vocatus eſt corā minori iudice requirat perſonalē preſentiam puta cauſa ferendi teſtimonij iuxta legē tertiā. §. idem diuus. iūcta glo. in verſiculo teſtimonijs. ff. de teſtibus. cauſa vero propter quam citatus eſt coram maiore eſt talis quod poteſt per procuratorem exerceri q: tunc tenebitur coram minore comparere et ꝺ hoc eſt tex. i. d. l. ij. §. j. vbi hāc rationē ſpecialiter cōſiderauit iuriſcōſul. ſecundum Alexan. in. d. l. cōtra pupillum. §. finali. Quarto aduerte qꝺ citatus coram duobus iudicibus equalibus habet electionem comparendi coram quo voluerit. lege ſi q̄s in grani. §. ſi cum omnes. ff. ad ſilleianum. Sed ſi coram neutro compareat erit in vtroq; contumax nec habebit exceptionem quod ad aliud tribunal fuerit tractus. argumentum in lege cum quidam. de legatis ſecundo. ſecundum Bald. ⁊ Paulum de ca. in. d. l. ij. §. j. ⁊ Bald. in. d. l. ſenatus.

[a] ¶ Ad clamorem preconis. hic te volo vnum notare quod citatio voce preconia non eſt conceſſa delegato inferioris a principe ſed, eſt ſpeciale in delegato principis vt poſſit citare

UVA. BHSC. IyR_228_4

per edicta ⁊ voce preconis ſicut ordinarius vt voluit Alber. de Ro. in lege ſecunda. ff. de iuriſditione om. iu. per tex. in. §. omnem. in autentica. de liti. colla. viij. Bal. nota. in. l. lege ſecū da colūna prima C. quomodo et qñ iudex glo. Bart. et alij in lege ſancimus. C. de iudi. Et ideo ſemel vidi irritari et nullum declarari per inſignem curiā ſeneſcali tholoſe proceſſum cuiuſdā commiſſarij ipſius curie ad executionē ſtatuti querele ſuper preceſſione in cōſulatu caſtri corduarum inter oliuerium de conuenis impetrantem ex vna ⁊ Guillermum ruppis impetratum partib⁹ ex altera deputati ex eo quia cōmiſſarius ipſe dictum ruppis latitantē citari fecerat voce preconia; quod nō poterat ſed debebat vt dicit Baldus vbi ſupra perſonā inquirere et ſi nō reperiebat citare ad domū vel citari facere per ordinarium loci. ¶ Sicut etiam eſt ſpeciale i ipſo principis delegato ꝙ citare poſſit rei capiendo pſonā ⁊ poſt ⁊ ante litem cōteſtatā glo. Bar. Ang. Pau. de caſt. Ludo. ro. Alex. in. ij. col. ⁊ Iaſ. in pe. dicens eſſe cōem in. d. l. ij. ¶ Delegatus aūt inferioris nec ante nec poſt litē conteſtatā pōt recitare ſm glo. in. l. ꝯſentaneū in verſi. eum. C. quomo. ⁊ qñ iudex. et glo. in aut. de exi. reis. §. ſi vero etiā in ver. oimodo col. v. quicquid tenuerit glo. diſtinguēs an ſit lis cōteſtata vel

de in integrum reſtitu. lege diu⁹. vel ſi erat delegatus iudex et non habebat certum tribunal nec ſolitum locum iudicandi nec in citatione deſignauit[a] vbi litigator debuit cōparere maxime ſi in locis pluribus commoretur[b] vt ſepe accidit in vtriuſqꝫ curie iudicibus vicarijs ⁊ legatis. argu. ff. de iudi. lege ſi locus ⁊. ff. de iuſt. ⁊ iu. le. pe. circa finem. ¶ Vel vocatus eſt tempore feriarum[c] ⁊ non in illis caſibus in quibus vocati tempore feriarum venire debent. vt ff. de fer. l. j. ⁊. ij. ⁊. C. quomo. ⁊ quādo iudi. l. ſi vt proponis pars.

¶ † Similiter contra citatum nō procedet[d] iudex ſi per obreptionem mutauit locum cum alium locum ſtatuiſſet vt. C. quomo. et quando iud. l. ſi vt proponis preſes. ¶ Vel ſi actor procurauit[e] qꝺ reus ad terminum non veniret vt. ff. de eo. per quem fac. erit. l. j. §. ſi reus ⁊. l. vltima. §. lꝫ ⁊ ſi ſtipulator. ¶ † Idem dico ſi vocatus probabiliter errauit in nomine iudicis qui eum vocari fecit et iuit

nō in. d. l. ij. quā ibi reprobāt Barto. ⁊ cōiter docto. Niſi forte in ſuſpecto de fuga de quo ibi vide ro. Alex. ⁊ latiſſime Iaſ. in. iiij. ⁊. v. colū. Anto. de tre. I. v. doctor.

a ¶ Deſignauit. Cautela in practica eſt vt hij qui certū tribunal vt puta delegati ⁊ arbitri a principio aſſumant ⁊ deputēt ſibi certū locū quo electo oēs citationes intelligentur relate ad illum locum ſm Bart. per illum tex. in. l. ſi vt pponis pſes: vbi etiam pau. C. quomo. ⁊ qñ iud.

b ¶ Commoretur. vel locus habet cōmune nomen cuꝫ alio et non eſt determinat⁹ in citatorio. de quo text. cum glo. in. c. fin. vbi vide de reſcri. Anto. de tre.

c ¶ Feriarum. de hoc vide q̄ ſcripſi. ſ. ti. qbus mo. ſuo nomine ciui. agē. verſi. Item reijciūtur. Anto. de tre.

d ¶ Nō pcedet. ⁊ ſi pcedat ei⁹ pceſſura ⁊ ſnia inde ſecuta eſt mero iure nulla vt. l. ſi vt pponis hic allega. ⁊ ſi dicis quō hoc cū iudex debeat in loco maiorū ius reddere. l. pe. ff. de iuſti. et iure. dico qꝺ illa lex ſi vt pponis loquitur i pſide puincie q ſm Bal. ⁊ Paul. ibi pōt in q̄libet ciuitate ſue puincie p tribunali ſedere exēplo epi vt i. c. ſi epſ de offi. ordi. li. vj. de q infra tit. de ipe. execu. ⁊ nul. ver. ratione modi.

e ¶ Procurauit. quo caſu citatio ⁊ pceſſus ipſo iura non vitiatur: ſed actori obſtat exceptio vt in. §. ſi reus hic al

UVA. BHSC. IyR_228_4

legato.Si vero tertius ꝓcuret nocet reo ſed contra tertium datur actio.vt ibi in verſi.ſi.Anto.de tre.
a ¶Eodem nomine vocabatur.hoc caſu quando quis impetrauit iudicē ꝛitium Joannis: ⁊ ſunt duo qui eodē a nomine vocantur dic quod reſcriptū nō eſt nullum ſed b declaratio de quo ſenſerit ſpectat ad ipſum impetrātez ſecundum Paulū de caſtro in.d.l.antepenul.poſt Speculatorē in titulo de cita.§.primo verſiculo quid ſi impetro.Et quid iuris quando eſſet erratū in nomine ipſiꝰ citati.vide eundem Paulum in lege eum quem temere. in princ.ff.de iud.
b ¶Delegati iudices.Ratio autem quare ex pluribus delegatis ſolus alter non poſſit citare: eſt quia plures ſimpliciter delegati non habent iuriſditionem inſolidum ſed illam habent ſimul et cōplexiue.capitulo prudentiam.in princi.vbi ſcriben.de officio delegati.licet in pluribꝰ ordinarijs.Secus quia apud quemlibet eſt iuriſditio inſolidum.per textum in lege vna.ff.de officio conſu.glo.Bartolus.et modernio.in lege ſi.vni.alias incipit pomponius.ff.de re iudicata niſi forte haberent illam ſub nomine vniuerſitatis vt capitulum vel collegiuz.lege vbi adſunt.ff. de tutoribus et cu.da.ab his ſm Barto.vbi ſupra.
¶Ex hac itaqꝫ differentia inter plures ordinarios et plures delegatos eliciuntur due cōcluſiones prima qđ vnus ſolus ex pluribus ordinarijs poteſt per ſe citare cognoſcere: et iudicare per text.in.d.l.vna.qui licet loquatur in iuriſditione voluntaria tamen ꝓcedit etiam in contentioſa ſecundum glo.Bart.⁊ docto.in.d.l.ſi vni.Et idem dicas in pluribus delegatis ad vniuerſitatem cauſarum.vt eſt gl.nota.⁊ cōiter approbata ſecundum Alexā.ibi in.d.l.ſi vni.¶Quod

a ad alium qui eodem noīeꝰ vocabatur vt argu.ff.de iudi.l.antepe.
4 ¶†Vel ſi duo erāt delegati iudi-
b cesᵇ añ ⁊ vnꝰ ſine alio citationē fecit ar.C.qñ ꝓuo.nō eſt neceſ.l.cū magiſtratꝰ ⁊ in aut. vt iudi.non ſpec.ſa. iuſ.§.ſi antē duo coll.ix.

ſane intellige verum niſi omnes cepiſſent de cauſa cognoſcere ſimul.quia eo caſu ſimul habent ſententiare neceſſe vt eſt glo.valde nota.ſecundum Alexand.ibi et forte ſingularis ſecundum Joā.Jmo.in dicta.l.ſi.vni.Glo.mag.circa mediuz quam etiam dicit magiſtralem Jaſ.in.l.duo.ex tribus colum.j.eodem titu.hoc tamen caſu ſi vnus iuraret ꝙ ſibi non liquet de cauſa poſſent duo cōcordantes ſine illo iudicare ⁊ valeret ſententia. vt eſt text.ſingularis in dicta lege ſi vni.quem dicit Jaſo.ibi in duobus locis ſingularem.
¶Secunda concluſio qđ vnus ex pluribus delegatis per ſe procedere non pōt nec ſententiare:vt ꝑ dñm vbertū.
¶Jntellige in datis ſimpliciter ſecus ſi cum clauſula quod ſi non omnes.et extra vel cum clauſula alternatiua. vt omnes:vel duo:vel vnus.capitulo ſi plures.de officio delega.in.vj.de quibus ſerua quod ibi habetur et aliquid per Bartolum et alios in dicta lege ſi vni.in ſexta queſtione.
¶Aduerte tamen ꝙ in caſibus quibus diximus omnes iudices debere ſimul iudicare non eſt neceſſe ꝙ omnes conueniant in eandem ſententiam:ſed ſufficit duos concordare tertio contradicente dummodo ſit preſens tertij enim abſentia magis inficit ſententiam ꝙ̃ eius contradictio: cum abſentia reddat ſententiam aliorum nullam non contradictio.iſte eſt text.in lege duo.ex tribus preallega.etiam ſi ipſe tertius abſens tempore ſententie fuiſſet preſens in diſceptatione negotij ſiue diſcuſſione ac examinatione ferende ſententie.Et poſtmodum tanꝙ̃ diſcrepans ſe abſentauerit prout nota.vult Bart.et ibi ſequuntur Moder.in eadem lege duo ex tribus.in vlti.queſtio.Et idem ſecundum Bar.ibi in ſecunda queſtio-

UVA. BHSC. IyR_228_4

ne.etiam ſi ille tertius abſens eſt citatus a duobus quia adhuc eius abſentia vitiaret ſententiam per illum tex. licet ſecus in arbitris per text.in capitulo fina.de arbi.libro.vj.vbi gloſſ. aſſignat rõnem diverſitatis. ¶ Qõ intellige ſane iure canonico quod ob ſeruabiť tanq̃ contrarians iuri ciuili:in foro canonico et in terris eccleſie tantum non in terris imperij et foro ciuili vt vult gloſſa ordinaria ibi. Et Bartolus et omnes in dicta lege duo ex tribus. vbi Jaſon appellat illam gloſſam ordinariam.

¶ Item aduerte ad vnam ſingulare ꝙ quando tres ſunt delegati cum clauſula quod ſi nõ oẽs et duo vnuз pronuntient:et tertius aliud.licet ſententia duorum teneat et veniat executioni demandanda:attamen illi duo non poterunt exequi niſi vocato tertio:licet veriſimiliter ſit diſcordaturus in executione ſicut in ſententia diſcordauit.Jſta eſt gloſſa aperta et ſingularis in capitulo finali. gloſſa finalis de dolo ꝛ ɔtumacia libro ſexto quam valde ſingularem et ordinariam appellat Jaſon in dicta lege ſi vni.colũ. finali. ¶ Item quod ſupra dixi plures ordinarios vel delegatos ad vniuerſitatem cauſarum debere ſimul ſententiam ferre quando ſimul ceperunt de cauſa cognoſcere.tũ intellige verum de diffinitiua ſententia quia interlocutoriam bene poſſet alter ſine alijs proferre.gloſa eſt communiter approbata ſecundum Alexandrum ibi in dicta lege ſi vni.in fine. gloſſe magne. niſi citaretur ad audiendum diffinitiuam quia eadeз ratione qua prohibetur ſolus diffinitiuam ferre. Jaco. et ad audiendum citare ſecundum Jacobũ Jmol. ibi quos etiam ſequitur Alexander ibidem columna ſecunda.Secus tamen eſt in pluribus delegatis quorum alter etiam interlocutoriam ferre non poteſt ſine altero ex quo non habente exercitium iuriſditionis inſolidum: vt dicto capitulo prudentiam in princip. Antonius de tremolis.

¶ Et ſi vocatus erat magiſtratus vel vxorem ducebat vel ſi funus familiare pſeq̄bat[a] vł morbo ſontico laborabat vł valetudine[b] vel

a ¶ Proſequebať. De quibus ꝛ alijs enumeratis in lege ſecunda et tertia in principio.ff. de in ius vocando hic allegatis vide que ſcripſi ſupra titulo quibus modis ſuo nomine ciui.agen.verſicu.repelluntur quoq̧.et verſiculo item illuſtres.Antonius de tremolis.

b ¶ Valetudine. id eſt ĩfirmitate pro ceſſus enim contra infirmum non bene infirmitate agitatus vitio nullitatis ſubiacet et ſententia contra eũ lata eſt ipſo iure nulla:vt eſt text.ſingularis et non alibi ſecundum Jmolam et Alexand.ibi in lege queſitum. ff.de re iudicata.Et licet textus in lege ſecunda.§.ſi quis in iudicio. vbi doctores notant.ff.ſi quis cau. dicat iuuandum exceptione:et ſic videatur mero iure valere attamen gloſſa nota.et que ſemper allegatur ſecundum Paulum ibi in dicta lege queſitum concordat dando ſingularem intellectum ad illum textum quod aut iudex ſciuit infirmitatem et tunc eſt ipſo iure nulla aut ignorauit et tunc mero iure tenet ſed datur reſtitutio:et ita etiam tenet Bartolus.et alij ibi.et idem Bartolus in lege finali columna ſecunda.ff.de in integrum reſtitutio. et Bartolus et alij in dicto.§.ſi quis in iudicio.vbi Jaſon. dicit ab hac ſententia tanq̃ communi non fore recedendum. Et idem volũt Bartolus in lege ea que. et idem Bartolus et Baldus in lege penultima.C.quomodo et quando iudex.Et idem dicas ſi pro eo ferretur vt tenet gloſſ. quam ibi ſequuntur doctores in dicta lege queſitum.facit quod de abſente dicta infra titulo. de imped. et cau. nulli.

UVA. BHSC. IyR_228_4

verſic.ratione perſone.Et aduerte qđ
nō ſolum propria infirmitas excuſat
a contumacia verum etiam infirmi=
tas ſuorum puta vxoris vel filiorum
text.et ibi glo.in ver.ſuorum in.c.cō=
munis filiꝰ.xxiij.
diſtin. Alex. in.d. a
.§.ſi quis i iudicio
ꝛ Jaſ.in.l.j.in pn.

tēpeſtate ipeditꝰ a marina vel ter=
reſtri vt iſtos caſus et alios plu=

col.fina.ff.de offi.eius cui man.eſt iu=
riſdi.Anto.de tremo.
a ¶Impeditus.Intellige tamen ni
ſi ipſe impeditus ſe nimium arctaſſet
quia tunc impedimentum ei non pa=
trocinaretur prout expreſſe dicit textꝰ
in.l.ij.§.quod diximus.ff.ſi quis cau.
Et qñ dicatur ſe nimiū arctaſſe decla
rat glo.i.c.cupientes.§.ceterꝫ gl.iij.de
ele.lib.vj.vcꝫ qñ citatꝰ confiſus eſt ſe
poſſe i itinere vti duplomate ideſt ex
cedere metam itineris limitataꝫ in.l.
j.ff.ſi quis cau.Si vero adhuc ſuper=
erat ſufficiens tempus punctualiter
puta citatus erat ad locū diſtantem
per cētū miliaria ꝛ ſe arctauit vſqꝫ ad
quinqꝫ dies infra quos venire pote=
rat ſi ſuperueniat caſus fortuitus vel
aliud impedimētum excuſabit qꝛ ha=
buit neceſſe diuinare caſum.Secus ſi
arctaſſet vſqꝫ ad quatuor dies putās
expedire quotidie vltra viginti milia
ria tunc enim diceretur ſe nimium ar
ctaſſe quicquid aliter dixerit Pau=
lus de caſtro in dicto.§.quod diximꝰ
quem ibi reprehendit Alexander.Sꝫ
circa hunc articulum de impedito ve
nire ad iudicium adhuc occurrunt
tres neceſſarie et vtiles dubitatio=
nes.prima vtrum impeditus teneat̄
mittere procuratorem:de qua vide q̄
ſcripſi ſupra titulo de excep.procura.
ſuper rubri.Secunda eſt quibus mo=
dis probetur impedimentum: quod
impedimentum dico quod ſi impedi
mentum poſſit veriſimiliter probari
per teſtes tunc non ſufficit iuramen=
tum ſed debet euidentiſſimis ꝓbatio
nibus edoceri:textus in.l.finali.§.il=
lud.C.de tempo. appellatio.Baldus
Angelus Ludouicus romanus ꝛ mo

derniores in dicto.§.quod diximus
Si vero impedimentuꝫ ſit tale quod
non poſſit veriſimiliter per teſtes pro
bari et non agatur de graui preiudi=
cio et concurrat qualitas ꝑſone tunc
bene poterit ꝓba=
ri per iuramentū
lege theſaurus.ff.
ad exhib. et lege
finali.C.de fide inſtrumentorum.et
ita procedat.Bartoli doctrina in di=
cto.§.quod diximus quem ita decla=
rant Paulus de caſt.ꝛ Jaſ.ibi:limitāt
tamen Baldus Ludouicus ꝛ Jaſ.ibi
dem procedere quo ad conſequendā
exceptionem.Secus quo ad actioneꝫ
conſequendam item intelligunt Bal
dus Angelus et Moder.ibi quod ꝑ
eodem facto quis non admittatur ad
probandum impedimentum per iu=
ramentum niſi ſemel per textum ſin=
gularem in.l.finali in fin.ff.de bo.au
to.iud.poſ.quē ad hoc dicit ſingula=
rem Ludouicus romanꝰ in rub.ff.de
arbi.Et huiuſmodi priuilegium pro=
bandi impedimentum per iuramen=
tum perdit ſemel periurus per textuꝫ
in capitulo paruuli.xxij.q̄one quin=
ta quem ad hoc pro nota.allegat Ro=
ma.in repe.l.admonendi.poſt princi
pium.ff.de iureiurando quem ſequū=
tur Alexan.ꝛ Jaſ.in.d.§.qđ diximus.
Tertia dubitatio ſit vtrū ſufficiat ꝓ=
bare caſum qui impediuiſſet niſi etiā
probet̄ ꝙ de facto impediuit venien=
tem ad iudicium ꝛ comparentē.Bar=
tolus Angelus Ludo.roma. Alexan.
ꝛ Jaſ.in.d.§.quod diximꝰ tenēt quod
non.ſed opus vtrūqꝫ probari puta qđ
de domo receſſit ꝛ peruenit ad flumē
pro tranſeundo ꝛ flumine impedien=
te tranſire non potuit:adducit Barto
lus textum optimum et ſingularē in
l.qui commeatus.ff.de re mili.quem
Angel.in dicto.§.quod diximus dicit
eſſe ſingularem.Et idem tenuit Bar=
tolus in.l.preſes.C.de appellationi=
bus ꝛ Antonius.de but. in capitulo
cum non liceat de preſcriptio.et Pa=
nor.in capitulo ex tranſmiſſa eodem
titulo.Et

UVA. BHSC. IyR_228_4

res [a] inuenies. ff. de in ius vocã. l. ſecunda et tertia. in principio ꝛ ff. ſi quis cau. l. ſecũda fere per totam legem ꝛ in auten. vt cum de appella. cog. §. meminimus coll. viij. ꝛ late. C. de ſepul. vio. auten. ſed nec ante.

¶ † Ex premiſſis ergo apparet qđ citatio debet nomen ꝛ agnomen iudicis cõtinere et locum idoneũ ad quem partes honeſte [b] et ſecure [c] venire poſſint ꝛ ad cuius petitionem quis requirat vel citet. Et ex qua cauſa [d] ꝛ nõ perfunctorie vel obſcure arg. C. de his q̃ accuſare nõ poſſũt. l. q̃ crimẽ ꝛ. ff. de ope. no. nũcia. l. de pupillo. §. qui opus. ꝛ qđ vi aut clam. l. aut q̃ aliter in princip. ꝛ. §. j.

titulo. Et licet ful. et Paulus in dicto §. quod diximus teneãt contra Barto. attamen opinio. Bart. eſt communis prout bis ibidem atteſtatur Jaſ. Anto. de tremotis.

a ¶ Plures. puta de muliere grauida que non comparendo contumaciam non incurrit vt in eadem. l. ſecunda. §. ſi nõ propter. Quod limitant ibi ſcribentes ȝ niſi eſſet grauida paucorum dieruȝ argumen. l. queſitum. de re iudicata. Item non procederet in muliere ruſtica que nõ obſtante graviditate portat ſitulam et alia onera in capite ſecundũ Fulgo. et Jaſ. in dicto §. ſi non propter. Et nedum excuſatur a contumacia mulier grauida verumetiam poſt partum decumbẽs vt dicit textus in eodem. §. ſi nõ propter. per quem ſcribentes ibi poſt gloſſam et Bartoluȝ in lege pregnantis. ff. de penis. dicũt quod fauor cõceſſus mulieri pregnanti preſtari etiam debet mulieri recenti a partu ſiue poſt partum decumbenti cenſetur enim eo tẽpore durante valetudine detenta: vt dicit textus in dicto. §. ſi non propter. Eſt autem huiuſmodi tempus decũbende poſt partum quadraginta dierum ſecunduȝ gloſſam in dicta. l. pregnantis quam ſequuntur ſcribentes vbi ſupra Antonius de tremolis.

b ¶ Honeſte. Adde ꝛ de facili ſecundum Bal. in. l. ſi locus. ff. de indi.

c ¶ Secure. puta ſine periculo perſone ſiue propter inimicos vt ſupra in principio huius tituli. Adde vel propter peſtem ibi ſeuientem vel aeris intemperiem: vt eſt textus iũcta gloſſa prima in capitulo ad ſupplicationem de renun. et gloſſa in capitulo cõmunis filius. xxiij. diſtinctio. Bartolus et ſcribentes in lege de etate. ff. ad trebellia. ſignanter Alexander de imola limitans nota. poſt Joannem andree ꝛ Antonium de Butri. in capitulo cum dilecti. de dolo ꝛ contumacia niſi in loco vbi ẽ peſtis adhuc redderet̃ ius ꝛ ferie nõ eſſent indicte propter peſtem vt plerũqȝ fit rome tũc enim peſtis non excuſaret a contumacia. licet Panormita. ibi aliter diſtiguat ſȝ precedentem limitationem ſequuntur idem Alexander in lege ſecunda. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis cau. dicens in prima columna limitationem Joannis andree eſſe ſingulareȝ ꝛ Jaſo. in. §. quod diximus in. iij. nota. ea. l. ſecunda. Et de dicta Panormi. diſtinctione circa complexionem citati dubitat Felynus in capitulo accedens. in ſecunda columna. quinto. verſi. ſexta concluſio vt lit. non conteſt. Anto. de tre.

d ¶ Ex qua cã. Jura panthorẽ hic allegata nil probãt de hoc reqſito. Sed Specula. idẽ ſentiẽs in titu. de cita. §. j. verſicu. item qđ in ea allegat ad hoc tria iura. c. j. ꝛ fi. v. q. ij. ꝛ. l. j. ff. de feri. Jo. vero Andree ibi poſt alia iura cõcordãtia adducit. l. ex quacunqȝ cã. ff. ſi qs in ius vocat⁹ non ie. ꝛ occaſione nacta adducit infinita in quib⁹ eſt cã exprimẽda ad quẽ ne inſtituti noſtri videar immemor te remitto. Pro abſolutione tñ ꝛ quaſi quadã claue huius titu. qꝛ in citationibus ſolet vt plurimũ aſſignari dies numeratiue; puta



UVA. BHSC. IyR_228_4

vt die quarta vel ſexta compareas. Quero vtrum dies aſſignationis termini computetur in termino in quo articulo omiſſis varijs opinionibus ab albe. de roſa relatis in. l. prima. ff. ſi quis cau. dicas quod cōmunis eſt opinio quod non: ſed intelligatur de diebꝰ ꝑxime poſt diem aſſignationis ſequētibꝰ quā opinio. tenuerunt Jacobꝰ butri. ray. Bartolus Angelꝰ ⁊ Paulus de caſt. Ludouicus romanus ⁊ Jaſo. in dicta. l. prima. Ange. ⁊ Jmola in. l. gallus. in pricipio de liberis et poſthumis. ff. ⁊ idez imo. ⁊ Domini. de ſancto gemi. in capitulo frequens. de reſti. ſpo. ⁊ dicunt Albe. et Fulgo. in dicta. l. prima. qđ ita obſeruatur in palatijs licet idem Ful. ⁊ Alexan. ibi teneant contrariā quam dicunt ſuſtentabiliorem et de iure veriorem. ¶ Limita tamen ſecundum Bartolum Ro. et Jaſ. ibi niſi aſſignatio termini fieret per dictionem hinc vel ſimilem vt q: dixit 1 aſſigno tibi hinc ad decez dies quo caſu dies aſſignationis bene computaretur in termino per textū in. l. placet iuncta gl. in ver. abhinc. C. de ſacroſanctis eccleſijs. quem ad hoc dicit vnicum et ſingularez Roma. in ſepedicta. l. prima. vbi latius potes videre Jaſo. in colūna finali. Antonius de tremolis Juris vtriuſqꝫ doctor.

## ¶ De perēptorijs exceptionibus ⁊ quēadmodum opponant. Rub.

1 Peremptoria exceptio quid ſit ⁊ vnde dicatur.
2 Temporalia ad agenduz perpetua ſunt ad excipiendum.
3 Exceptiones peremptorie q̄ ſint.
4 Exceptiões plures ſūt q̄ȝ actiões.
5 Actio quelibet dr̄ q̄dam exceptio.
6 Exceptiones peremptorie opponi poſſunt ante lit. ↄteſt. ⁊ ſi omittantur poſſunt obijci poſt: ante ſententiam tamen.
7 Exceptio eſt actionis excluſio: et vbi nulla eſt actio nulla pōt eſſe exceptio.
8 Exceptionē doli obijciens fundare dicit̄ actoris intentionem niſi probet dolum.
9 Exceptionē vſucapionis vel preſcriptionis opponens an videat̄ intentionē actoris confiteri.
10 Exceptio mixta que ſit et quare mixta dicatur.

Uupereſt vt ad peremptorias trāſeamꝰ. vn̄ vidēdū eſt q̄d ſit perēptoria exceptio ⁊ vn̄ dicat̄ ⁊ qn̄ peremptorie ſint opponēde ⁊ q̄bꝰ tēporibꝰ ſunt probāde. Et a q̄bꝰ ꝑſonis poſſunt opponi. Et ↄ q̄s: et vſqꝫ ad q̄ tp̄a ⁊ quot ſūt ꝑēptorie ⁊ quales ⁊ qualiter ſiue quibus verbis ſint proponēde. ¶ † Peremptoria exceptio eſt que ſemper agenti obſtat etiam ſi ſteterit per mille annos quod non conuenerit ipſum reū nec enim eſt in poteſtate rei quando conueniatur a vt. ff. de doli. excep. l. pure. §. fina. ⁊. C. de dila. l. ſi quando.

¶ De peremptorijs exceptionibus et quemadmodum opponātur. Rub.

a ¶ Quando cōueniatur. Hoc iđ eſt quia nemo inuitus agere compellitur lege vna C. vt ne inui. age. compella. Uerum quia certis caſibꝰ quis agere cōpellitur: ita eiſdez caſibus in rei erit poteſtate quando cōueniatur vel actori ſilentium perpetuum imponetur. Puta quādo quis alium diffamat de ſtatu vel de alio iure perſone quia debet iudex diffamāti terminum ſtatuere ad agenduz quo elapſo ei ſilentium imponet per textum in lege diffamari. C. de ingenuis manu.

¶ Que lex procedit nedum in diffamante aliquem de ſtatu ſuo vel iure perſone in quibus terminis loquitur. verum etiā in omni diffamante ex quacūqꝫ cauſa ciuili ſiue pecuniaria. prout ſepe

† Et dicuntur perpetue etiam ſi actio que per eas eliditur fuerat tempoꝛalis [a] quia que ſunt temporalia ad agendum perpetua ſunt ad excipiendum. vt. ff. de excep. l. iij. in princi. ⁊ C. eodem titulo. lege licet. Et dicitur peremptoria a perimẽdo qꝛ rẽ [b] de qua agi-

ſit Speculatoꝛ in titulo de emptione et venditione §. nunc dicendum eſt. verſiculo vltimo nota. et tribus ſequẽtibus et Bartolus in lege titia ad finem ibi vel petam a te talem poſſeſſionem. ff. de accuſationibus ⁊ Baldus expꝛeſſe in autentica ad hec columna finali verſiculo quero ſi ego C. de vſuris. et voluit Imola in lege de pupillo §. ſi is cui. ff. de noui operis nuntiatione et Paulus de caſtro in dicta lege vna dum exemplificat qꝛ me diffamas quod ſum debitoꝛ tuus. et Iaſon apertius in lege ſecunda columna ſexta verſiculo ſecundum fundamentum. ff. de re iudicata. Et idem dicas in criminalibus per textum in dicta lege titia. ⁊ in lege ſi ea. C. qui accuſare non poſſunt.

¶ Alius caſus eſt in foꝛenſe qui vellet recedere puta poteſtate finito ſtudio vel ſcholari finito ſtudio: quia p iudicem poterit pꝛefigi terminus cuilibet agere intendẽti quo elapſo amplius non audietur gloſſa ⁊ doctoꝛes in dicta lege vna. Secus tamen eſſet in habẽte domicilium licet receſſuro ſecundum Paulum de caſtro ibi.

¶ Aduerte tamen qꝛ huiuſmodi pꝛefixionem termini iudex facere non debet niſi cauſa cognita alias poſſit appellari ⁊ per appellationem reſcinderetur. Ita tenet Bartolus expꝛeſſe in dicta lege titia. columna finali et ibi Alex. in addi. ad eum.

¶ Secundo aduerte quia iudex nunquã per ſuam ſententiam poteſt ſilentium imponere non agenti niſi pꝛius ei cui vult ſilentium imponere facta bina monitione de qua actis curie cõſtet per glo. ſingularem in autentica. de here. ⁊ falcid. §. ſi quis autem non implens. in ver. admonitus vbi etiã Ang. colla. pꝛima quem dicit ſingula-

rem Alexan. de imo. in addi. ad Bart. in dicta lege titia ⁊ Angel⁹ aretinus dicit eam oꝛdi. in rub. de exceptio. inſtitu. columna. xxiij. dicens perpetuo menti tenendum. Alios caſus in quibus ratione officij quis cogitur agere. vide per glo. in dicta. l. vna.

[a] ¶ Fuerat tẽpoꝛalis. hoc ſane intellige niſi illa actio temporalis cõpeteret iure ſpeciali contra ius cõmune quia tũc tãtum duraret exceptio quantum actio. per textū in lege papinianus. §. ſi filius. ff. de inofficioſo teſtamen. vbi ſicut querela inofficioſi nõ durat niſi quinquennio filio agenti et impugnanti voluntatem defuncti oꝛdinatam ſecũdum ius cõmune. Ita ipſo poſſidente et herede ſcripto agente filio competit exceptio ſolo quinquennio duratura ita nota. voluerunt Ioannes fab. et Angelus Aretinus in. §. appellantur columna pꝛima inſtitu. de excep. per dictum. §. ſi filius. et per legem nam ⁊ poſtea. §. ſi minoꝛ. ff. de iureiuran. ⁊ per not. per Barto. ⁊ docto. in. l. quamdiu inſtitutus. ff. de acquiren. heredi. Antonius de tremolis.

[b] ¶ Quia rem. vel vnam de tribus perſonis ſine quibus iudicium non ſubſiſtit iuxta capitulum foꝛ⁹. de verboꝛum ſignificationibus ſecundum Innocentium in capitulo cum veniſſent de inſtitu. quem ſequuntur Baldus et Salicetus in lege peremptoꝛias. C. ſenten. reſcin. non poſ. ⁊ Ang. Aretinus in. §. appellantur in pꝛin. ⁊ columna decimanona inſtitu. de exceptionibus quod non puto verum quia cum a pꝛimoꝛdio operis authoꝛ tractauerit de exceptionibus contra perſonas etiam ſubſtantiantes iudicium: et nunc ſpecialiter tranſeat ad peremptoꝛias ſatis innuit quod



UVA. BHSC. IyR_228_4

ille non ſint peremptorie. Itē textus in.l.ij.§.fina.ff.de excep.⁊ in.§.finali. inſti.eod.dicit exceptionem procuratoriam puta tu non potes eſſe procuratoꝛ eſſe dilatoriam. Nec videtur cur magis ſit peremptoria illa tu non potes eſſe iudex. igitur ⁊c. Preterea Specu. titu.de except.§.j. verſiculo dilatoriarum aperte vult exceptiões a cõpetentes ex perſona iudicis actoris procuratoris ratione reſcripti loci temporis ⁊c. eſſe dilatorias que proprie declinatorie iudicij nũcupantur. Et contrarium tenet clarius Paulus de caſtro in dicta lege ſecunda.§.finali. dicens ſic item dilatorie quedam ſunt dilatorie iudicij vt ſint ille que opponuntur contra perſonas in iudicio conſiſtentes et exemplificat de procuratore actore et iudice. ¶Ad idem bene facit quod voluit Baldus in lege exceptionem columna finali. C. de probatio. quod peremptoria nunq̄ excludit proceſſum cum ad hoc opponatur vt reus diffinitiue abſoluatur. Sed non poteſt diffinitiue abſolui non precedente cognitione cauſe principalis. Sed exceptiones contra perſonas ſubſtantiantes iudicium excludunt et impediunt proceſſuꝫ igitur non ſunt dicende peremptorie. Anto.de tre.

a ¶Doli mali. Aduerte diligenter q̄d hec exceptio nõ ſolũ competit q̃n a principio dolus dedit cauſam cõtractui vel incidit in cõtractuꝫ vel q̃n dolus poſt ꝯctũ cõmittit̄ vt in caſibus.l.ſi opera.ff.de doli excep. verũ etiã q̃n q̄s agit ex cõtractu inutili ⁊ ſic ſine actione vel cũ actione contra illum q̄ eſt tutus aliqua exceptiõe vel equitate: q: etiã hoc caſu cõpetit aduerſus talem ſcienter agentẽ exceptio doli q̄ orit̄ ꝑ̄ primũ ipſe agens eſt litẽ conteſtatus per tex.in.l.ij.§.circa primam.⁊.l.qui equitate.ff.de do.excep.dolo enim male facere videtur perſeuerando agere contra illum quem ſcit vel ſcire debet non teneri mero iure vel exceptione aliqua tutum.

tur perimit: vt inſti.de excep.§.appellantur.⁊ ſic dicitur peremptorium a perimendo: vt.ff.de iudi.l.⁊ tertium. Cõgruẽtius eliſorie vocari pñt q: nõ perimũt ſed elidũt. ¶† Peremptorie exceptiones ſunt exceptio doli mali[a].

¶Et ideo dicit textus in ea.l.ij.§.et generaliter q̄d exceptio doli ſubrogatur in locum cuiuſlibet alterius exceptionis: ⁊ ponũt Barto. et moder. in.l. qui ſe debere. ff.de conditiõ.cau.da.cau.non ſe.

¶Et licet gloſ. ⁊ Bartolus in lege q̄ exceptionem in princip.ff. de condi. inde.⁊ Bartolus in lege damus.et in lege in ſumma. eodem in titulo.⁊ gl. in lege ſecũda.C.q̄d met.cau. ⁊ gloſſa magiſtra.que in ſua materia nõ reperitur alibi in dicta lege qui ſe debere. gloſ.j.quam ibi ſequunt̄ Bart. Bald. ⁊ ita eã appellat Bal. ibi in lec.anti. ⁊ Ang.⁊ imo.i.l. ſi q̄s cũ al'r.ff.de verb. obl.voluerũt ꝙ q̃n exceptio doli cõpetat a primordio contractus puta q: dedit cauſam contractui vel incidit in contractum quod ſoluens indebitum per errorem non repetat ſecus ſi competeret ex poſtfacto vt quando quis agit ex contractu inutili vel contra illud qui eſt tutus exceptione aliqua vel equitate quod eo caſu bene repetat. Attamẽ ipſemet Bar.loquẽs de exceptione quod metus cauſa in.d. l.ij.C.q̄d me.cau. voluit ꝯ̃riũ p verbũ p nũc. Et ꝯ̃riũ tenẽt exp̄ſſe Cy. Bal.⁊ moder.ibi ⁊ chriſt.de caſtil. Ful.Pau. Alex.⁊ Jaſ.in.d.l.qui ſe debere. Jo.de imo. Rap.cuma. Pau.ro.⁊ moder.i.d. l.ſi quis aliter. ⁊ moderniores i dicta lege qui exceptionem. tenẽtes indifferenter quod etiam tutus exceptione doli a primordio cõtractus cõpetẽte ſiue orta ſi ſoluat per errorem indebitum poterit repetere ſicut ſi competeret ex poſtfacto per ĝnalitatẽ.d.l. qui ſe debere. Et ideo Jaſo. ibi ſatis pre

UVA. BHSC. IyR_228_4

pitāter cōcludit qđ in nulla exceptione doli ſi ſoluatur impedit̄ repetitio.

¶Et ad.l. qui exceptionē in cōtrariū facientem reſpondent quod loquitur de exceptione doli mere odioſa inducta contra naturalem equitatem ex quodam iuris rigore ⁊ vbi ſoluens tractabat de lucro puta de illa que ſuccedit in locum exceptionis macedoniani quibus omnibus concurrentibus bene impeditur repetitio per illum textum: alias non. quod tene menti.

¶Bene eſt verum quod diſtinctio predictarū gloſſarū et ſequacium an doli exceptio fuerit orta a primordio contractus vel ex poſtfacto ex eo quod aliquis litem conteſtatur contra illum qui eſt tutus aliqua. exceptione poſſet procedere in exceptionibus perpetuis et fauorabilibus vt videlicet quando exceptio eſt fauorabilis et perpetua et competit a principio contractus eo caſu detur repetitio indebiti ſoluti vt in exceptione vel leyani per textum ſingularem ſecundum Batolum et alios ibi in dicta lege qui exceptionem. Secus vero ſi non a principio: ſed ex poſtfacto appoſita facto hominis vt in exceptione compenſationis per legem qui inuicem.ff. de condi.inde. Ita concludūt moder.in dicta lege qui exceptionem poſt Bartolum et alios in lege ſi cum dos.ff.rerum amotarum. et Baldus et imo.in lege ſi pater ignorans. ff.ſoluto matrimonio.

¶Et licet ſupra equiparauerī̄ duos caſus qñ dolus dedit cauſam cōtractui quando incidit in contractum: attamen in alio iſti caſus multum differunt: quia quando dolus dat cauſam contractui bonefidei eſt ipſo iure nullus: quando vero incidit in contractum ope exceptionis lege et eleganter.in princip.ff. de do.et alibi ſepe per docto. Et priore caſu dicitur exceptio facti ſeu intētionis q̄ eſt impropria exceptio cum actionem

a ¶Rei iudicate.

non excludat gloſ.⁊ docto.in. d.l. qui ſe debere. ſecundo vero caſu exceptio doli habet effectum iuris ⁊ eſt ꝓprie exceptio: id eſt actionis excluſio.

¶Aduerte tñ quod quātūcunqꝫ contractus bonefidei cui dol⁹ dedit cauſam ſit ipſo iure nullus attamē ſequuta traditione ex ipſo contractu transfertur dominium textus eſt in dicta.l.⁊ eleganter.§.j.et glo.nota in.l.apud celſum.§.de autoris.ff.de do.excep. Non ſic tamen in contractu ficto et ſimulato in quo ſequuta traditio non operatur tranſlationem dominij per textum ſingularem in.l.emptor. vbi Bartolus et alij ff.de aqua plu.arcen.quem ad hoc dicit ſingularem Angelus areti. inſti. de excep.in princip.columna quarta. Contra quem autem detur exceptio doli: et an dolus defuncti noceat ſucceſſori vniuerſali vel ſingulari: et an dolus principalis noceat ei cui eſt facta ceſſio vel delegatio. Et alia multa circa materiā vide per Ange.are.vbi ſupra. Non tamen hic inſerere omittam vnum perpetuo menti tenendū quod hec doli exceptio non competit humili ſiue plebeio contra eum qui poſitus eſt in dignitate nec vili contra hominem vite emendatioris ſicut nec actio. Per textum ſingularem in lege non debet.ff.de dolo quem dicit ſingulariſſimum Angelus areti. in dicta prin.colum.xv. Antonius de tremolis.J.v.doc.

a ¶Rei iudicate. Res eñ iudicata ꝓ veritate eſt: dicit textus in lege res iudicata.de regu.iur.ff. Et ex ſententia quantū ad ipos litigātes fit ius poſtq̄ͅ in rē trāſiuit iudicatā dicit text. in capitulo cū inter vos. de re iudicata.

¶Vñ gl.ſingularis ⁊ melior de iure in.l.ſi nō fortē.§.heredi glo.fina.ad finē.ff.de cōdi.indebi. voluit qđ ſnia q̄ in rem tranſiuit iudicatam eſt tanti effectus tanteqꝫ autoritatis quod facit de non ente ens ⁊ de ente non ens et de non herede heredem per quam



UVA. BHSC. IyR_228_4

Gloſ.ita dicit Jaſon in lege iulianum verum debitorem. columna ſecunda illo titu.ꝛ in rubri.ff.de re iudicata in prima columna.et per illam gloſ.dicebat Bald. quem etiam refert. vbi .ſ. idē Jaſ. in capitulo in pſentia de renū.qđ ſententia iudicis:et ſi nō eſſentialiter effectualiter tamen mutat verum in falſum ꝛ falſum in verum. Et idem Bald. in capitulo noſti.de elec. dicebat per illam gloſ. quod ſententia iudicis in rem iudicatam trāſacta facit de albo nigrum ꝛ de nigro albū. Pro quo facit text. ſingularis in lege ſecunda.§.finali.et lege ſequen.et ſequen.in princip.ff.de libe. agno. vbi ſententia facit de non filio filium ꝛ de nō conſanguineo conſanguineū.quē tex.fecit ſingularem Baldus in capitulo nihil eſt.colūna quarta. de elect. Plus dico quod etiam ſi iudex qui tulit ſententiam pro titio que in rem tranſiuit iudicatam diceret in mortis articulo ſe falſam tuliſſe ſententiam vel per pecuniam tamen talis confeſſio titio non preiudicaret per textum ſingularem in lege ſi quis in graui. §.ſi quis moriēs.ff.ad ſille. quem ibi ponderant Barto.et docto.per quem text.Idem in teſte dicente in mortis articulo ſe falſum depoſuiſſe quod ſibi non credatur in preiudicium eius pro quo depoſuit tenet Baldus in autentica ſi dicatur. verſiculo quid ſi teſtis.C.de teſti.Et illum textum dixit ſingularem do.ny.boe.in titulo de iuriſdi.omnium iudicum.§.xiij. in conſue.bitu.Et procedit etiam ſi talis iudex moriens recepiſſet corpus chriſti quia adhuc ſibi non credetur cum alleget turpitudinem ſuā in preiudiciuȝ tertij.Ita Baldus per textū preallegatum in titulo de pace cōſtan.in verſi.vaſalli noſtri ad finem:quia vt idem Baldus inquit non omnis moriens eſt Joannes euangeliſta. licet morienti in preiudicium ſui ꝛ heredū bene credatur puta quod dotem tantam receperit per gloſſam ſecundum eum ſingularem in lege prima.C.de falſa cauſa adiecta lega. quem in hoc ſequitur Alexander in additione ad Bartolum in lege ſi ex cautione. C.de non numerata pecunia.pro ſententia enim preſumitur. et quantum ad rectitudinem poſtquam ab ea non eſt appellatum dicto capitulo cum inter ſecūdum Innocentium et docto. in capitulo bone.in primo. de electio.etiam ſi iudex qui illā tulit eſſet vnus ribaldus ſecundum Baldum in capitulo ſicut nobis.de re iudicata.

¶Immo fortius ex ſententia in rem iudicatam tranſacta oritur preſumptio iuris et de iure quod ita ſit:vt in ſententia continetur contra quaȝ preſumptionem non admittitur probatio in contrarium niſi per confeſſionē partis pro qua fuit lata ſecundū Bartolum ꝛ moder.in dicta lege iulianꝰ verum ꝛ Baldus in lege cum quis columna mihi quarta.verſiculo ego teneo.C.de iur. ꝛ fac.igno.

¶Et eſt de hoc gloſ.ſingularis ꝛ non alibi in autentica.de equa.do.§.aliđ quoqꝫ. in verſiculo ſcribat. columna octaua quam dicit non eſſe alibi Baldus autentica ſed iam neceſſe.C.de donatio.ante nup.et ibi illam ſequūtur doctor.et illam dicit reputari ſingularem Alexander in lege prima.§.ſi is qui quadringenta. ff. ad trebellianum.et ibi etiam moder. illam ſequuntur.

¶Et vſqꝫ adeo reſpuit probationem in cōtrariū ita vt nec per inſtrumēta de nouo reperta admittatur probatio in contrarium per textum in lege imperatores.ff.de re iudicata.Etiam in criminalibus ſi de innocentia cōdemnati conſtaret per inſtrumenta de nouo reperta niſi ex diligētia principis per textum uenti tenendum et de quo nō obliuiſcaris ſecundū Bartolum ibi in lege diui fratres.ff.de penis.In caſibus tamen ſpecialibꝰ cōtra ſententiā in rem iudicatam tranſactam admittuntur inſtrumenta de nouo reperta puta in cauſa rei publi-

UVA. BHSC. IyR_228_4

te pupillorum eccleſie furioſi ꝛ prodi gi.de quibus per textum.gloſſa Bartolus et moder.in dicta lege imperatores et vbi dolus eius pro quo fuit lata ſententia interueniſſet per textum in lege ſi fide iuſſor.§.in omnibus.ff.manda.

¶Et ſimiliter admittuntur instrumẽta de nouo reperta vbi ſententia eſſet lata pretextu iuramenti neceſſarij et probationis priuilegiate quia contra talem bene admittitur probatio in contrarium eo quia proprie talis ſententia ex probationibus non veris ꝛ priuilegiatis lata nūquā tranſit in rem iudicatam: vt eſt textus ſingularis et peregrinus ſecundum Ludouicum Romanum ibi in lege admonendi.ff.de iureiurando.Et idem in caſu quem ponit gloſſa ſolemnis. et nota.multum ſecundum Jaſonem ibi in nona columna in dicta lege in lianus . verum gloſſa prima valet quando reus eſſet abſolutus ex eo: qꝛ non fuerat probatum contra eum: ſi poſtea reperiantur inſtrumenta vel alie probationes poterit de nouo agi non obſtante ſententia abſolutoria a qua non fuiſſet appellatum licet ſecus ſi fuiſſet abſolutus ex eo quia non erat debitor vt per moder.docto. ibi.Et adde quod vſqꝫ adeo ſententia que in rem tranſiuit iudicatam habetur pro veritate vt nec contra tutum exceptione rei iudicate habeat locuꝫ denūtiatio euāgelica.De quo tamē vi de moder. ſignāter do.Fely.facientē tres concluſiones in capitulo nouit. columna quarta de iudi. Antequam autem tranſiuerit in rem iudicatam licet pro ipſa ſententia preſumatur tā pependente appellatione per textum in.c.in preſentia. de renū.quā etiā pē dēte tpe ad appellādū per textum ſingularem in.l.propter veneni.§.fina. vbi Bart.ff.ad ſille.quem tex. pro ſingulari ad hoc allegabat preceptor Feli.vt ipſe refert in.c.qm̄ cōtra. colum. ij.de proba.ꝛ eſt glo.in.l.herennius. §.gaia.ꝛ ibi etiā Bar.ff.de euictio.ſaltim ꝓ iuſtitia ſententie licet non pro proceſſu vt ꝑ Panormitanū ꝛ Felynū in dicto capitulo quoniam contra tñ illa nō eſt ꝓſumptio iuris ꝛ de iure ſꝫ ꝓbationē in cōtrariū admittit: vt in dicto capitulo i ꝓſentia cum ſimilibus. Que autem ſint neceſſaria vt competat rei iudicate exceptio eſt text.Requirens tria vꝫ qḋ ſit eadem res: eadem cauſa petendi: ꝛ idētitatis perſonarum vere vel interpretatiue in. l. cum queritur . cum. l. ſequen.et ſequen in prin.ff. de excep. rei iudi.Et quando ſententia condēnatoria vel abſolutoria lata in principali obſtet in acceſſorio producto in rerum natura ante poſt litem conteſtatam: ꝛ econtra an lata in acceſſorio preiudicet in principali vide Angeluꝫ are.in.§. Item ſi in iudicio columna.xxviij.et ſequen . inſtituta . de excep.Quando autem de ſententia lata contra vnū poſſit opponi cōtra alium vide per ſcriben.ſignāter per aureū docto.dominum Alexan . imolenſem in ſua ſolenni repetitione lege ſepe . ff. de re iudicata: quia circa hunc articulum eſſet opus magno volumine dicetur aliquid in verſiculo finali infra eodem titulo. Antonius de tremolis doctor.

a ¶Iuriſiurandi[a].

¶Aduerte tñ qḋ lꝫ poſſit ſoluere fide iuſſor ex vi taciti mandati non tamē intelligit̄ habere mandatū vt cogat̄ ſoluere inimicus ita quod incurras penā non ſoluendo per legem primā. C.de dolo. Petrus Cynus Baldus et Salicetus in dicta lege ſi pro ea.Bartolus in.l. ſi quis mandato. ff.de negocijs geſtis Fulgoſius ꝛ Jaſon in dicta lege indebitam.

a ¶Iuriſiurandi. Quod non minorem immo maiorem quam res indicata obtinet autoritatem lege ſecunda. ff.de iureiurando. Ideo quemadmodum ſupra proxime dixi quod contra ſententiam que in rem tranſiuit iudicatam regulariter non admittitur p



UVA. BHSC. IyR_228_4

probatio in contrarium:ita nec cōtra iuſiurandum quia iuſiurandi cōtempta religio ſolum deum habet vltorē lege ſecunda.C.eo.⁊ dato iureiurādo non aliud queritur quā an iuratū ſit remiſſa queſtione an debeat dicit tex. in.l.nō erit.§.dato.ff.eodem..

¶Quod ſane intellige in iuramento voluntario ſecus in neceſſario quod iudex defert in ſupplementum ſemiplene ꝓbationis in quo bene admittitur probatio in contrarium per nota.in.l. admonendi.ff. eodem.et dixi in additione precedēti.Intellige ſecūdo de iuramento ab homine delato:ſecus enim ſi a lege vel ſtatuto.

¶A lege exemplifica in caſu legis finali.C.vnde vi:quoniam licet probata plene violentia ſtetur iuramento violentiam paſſi ſuper ablatis ⁊ eorū eſtimatione precedente iudicis taxatione ita quod iudex habet in id condemnare quod iuratum eſt vt ibi eſt caſus tamē ſi violentus contra quez iuratuz eſt adducat bonas probationes in contrarium videlicet ꝙ taxatio eſt iniuſta poterit iudex parte ipa petente iuramentū retractare ⁊ taxationē minuere:⁊ ſic poſt iuramentum a lege delatum bene poteſt q̄ri de veritate.Iſta eſt doctrina Inn.Jo. and. ⁊ Ant.de but.in.c.fi. qđ me. cau. quā ita declarat Jaſ.in.d.l.fi.col.vj.vbi refert ſequi dictā doctri. Inno. vel pone ſi quis iurauerit ſe ignorare quia ignorātia ꝓbatur ꝑ iuramentū proprium.per glo.ſingularē in.c.ꝓpoſuiſti.in ver.nō probatur.lxxxij. di.tamē poteſt ꝓbari cōtrarium:vt eſt gl.in.c. ij.in ver. affectata.de tempo.ordi.lib. vj.⁊ tradit Bart.in.l. ſi cui.§. eiſdē.ff. de accu.⁊licet illam gl.in.d.c.propoſuiſti.dixerit ſingularē. pan.in conſi. xxxvj.incip.videtur prima facie.habet tamen conſociā in.c.qui ⁊ humanis. glo.mag.in fi.xij.q.ij.¶De ſtatuto pone exemplum ꝙ cauetur ſtatuto municipali:qđ in dānis datis ſtetur iuramento dānum paſſi:quoniā contra tale iuramentū admitteret ꝓbatio in cōtrariuz vt ꝑ Jaſ.de are.Ang. Imo.Pau.de ca.ludo.ro.⁊ alex.plene diſputantes in.l.qui bona.§.qui dāni.ff.de dā.infec.¶Item tertio intellige de iuramento litis deciſorio puta q: erat q̄ſtio inter partes de re aliqua ⁊ delatū fuit iuramentū a parte parti.Secus ſi nulla controuerſia orta inter partes fuerit delatū iuramētum:q: tunc bene queri poteſt de veritate contra iuramentū per glo.quā ibi ita declarat Pau.de ca.in.l.ſi cum patruo.C.cōmu.vtri.iud.quā Jaſ.in dicto.§.dato appellat ſolitariam.

¶Item quarto intellige qđ poſt iuramētum nil vltra queritur quod ſit cōtra iuramentuz ſecus ſi veniret ex natura contractus ſuper quo fuit iuratum.vt in caſu.l.eum qui.§.fina.de iureiuran.ff.puta venditor iurauit rem ſibi venditam: certe poterit opponi de precio non ſoluto. ¶Item quinto intellige quod nil vltra querit poſtꝙ iuratum eſt:inter iurantem et deferentem.Sed inter tertias perſonas bene poteſt queri de veritate per textuz in.l.tertia. in principio verſiculo fina.et.l.nam et poſtea.§.finali.⁊ lege ſequen.ff. de iureiurādo.¶Secundo principaliter aduerte quod ſicut ſententia in rem iudicatam trāſacta habet executionem paratam.l.ſecunda. C.de execu.rei iudica. Saltim quando imploratur officium iudicis pro illius executiōe prout declarat Bartolus in.l. intra.ff. de re iudica. et in dicta.l.ij.et in.l.Item veniunt.§. idez recte.vbi etiam Alexan.in addi.ff.de peti.here.ita etiaz iuſiurandū habet executionem parataz:prout nota.Volunt Bar.rap.Ful. Alex. ⁊ Jaſ.in.d.l. ij.ff.eod.⁊ Barto. Ange. Salice. Ful. Alex.⁊Jaſ.ꝑ tex.ibi. in.l.ſed.⁊ ſi poſſeſſori.§.fi.eod.titu.⁊ Pau.⁊ Alexā.in l.poſt rem iudicatam.ff. de re indica. nota decidentes quod licet inſtrumēta de iure communi nō habeant executionem paratam per tex. meliorem de iure i lege ſi minor.xxv.annis.cui fideicommiſſum.ff.de minorib.quem

UVA. BHSC. IyR_228_4

¶Exceptio quod met[9][a] cã pacti de non petendo[b] qñ conuenit ne

ita appellat Ange. peru. in. l. ſi cũ do= tem. §. eo autem tempore. ff. ſolu. ma= tri. Attamen ſi creditor differat iura= mentum debitori: ⁊ debitor iuret ve= ra eſſe que in inſtrumento deſcripta ſunt: tale inſtru= mentum virtute iuramenti habe= bit executionez pa ratam. ⁊ dicit Iaſ. in ea. l. ij. ꝙ opiñ. Bart. eſt communiter approbata. Eã tamen declara ꝙ procedat primo in iuramento deciſorio litis pñtis vel future: vt quia in futurum poſſet que ſtio ſuper premiſſis oriri. Ideo talis premiſſor detulit iuramentum titio ſtipulanti: an contenta in inſtrumen to vera eſſet et ſtipulator titius ita eſ ſe iurauit. ¶Secus autem ſi eſſet iu ramentum ſimpliciter promiſſorium in futurum ſecundum Iaſ. vbi ſupra colum. iiij. dicentem aduocatos com= muniter errare: mouetur per ea que in ſimili voluit Bald. in capitulo vno. §. Item ſacramenta. colum. penul. de pa. te. inter ſub. et in. fer. videlicet qđ iuramentum deciſorium: ideo parit actionẽ quia habet vim rei iudicate: promiſſorium vero non quia habet ſolum vim nude pollicitationis.

¶Secundo procedit in iuramẽto ex= traiudiciali et in iudiciali non prece dente ordine iudiciario alꝭ ſi inter= ueniret libellus ⁊ litiſconteſtatio: et poſtea iuramentum cum neceſſario debeat ſubſequi ſententia: iuramen= tum non haberet executionem para= tam per tert. in. l. iuſiurandum. et ad pecunias. §. fin. ff. de iureiuran. quem ita intelligunt Alexan. ⁊ Iaſ. in dicta l. ij. ¶Tertio declara procedere vbi pro executione iuramenti implorare= tur officium iudicis ſecus ſi intenta= retur actio in factum: quia tunc requi rerentur libellus. litiſconteſtatio. et ſententia. ¶Sicut in ſimili de exe= cutione ſententie declarat Bart. in di cta lege ſecunda. C. de execu. rei iudi. et alijs locis preallega. ¶Et quod ex iuramento oriatur officium iudicis

eſt gloſ. in. l. nam et poſtea. §. fina. de iureiuran. Ultimo intellige quando iuramentum eſſet interpoſitum ſu= per contractu vero premiſſis concur= rentibus. ſecus ſi ſuper contractu ſi= mulato per gloſ. ſingularem in le= ge emptiõe. C. pl[9] vale. quod agitur quam dixit ſingularem. Panormi. in capitulo ad noſtram. colum. j. de em= ptio. et vendi. de quo latius vide Iaſ. in dicta. l. ij. colum. v. Et de multipli= cibus effectibus et priuilegijs iura= menti videre potes. do. Anto. cor. in rubr. de iureiur. extra. Et quas penas patiatur veniens contra proprium iuramentum promiſſorium in futu= rum. habes tex. ſingularem ſecunduꝫ Barto. et docto. et ſingulariſſimum ſe cundum Paul. de caſtro. ibi in lege ſi quis maior. C. de tranſact. Antonius. de tremo.

a ¶Quod metus cauſa. Unum ſolũ volo te notare circa hanc exceptionẽ metus videlicet ꝙ ipſa eſt in rem ſcri pta non perſonalis tam ex parte per= ſonalis tam ex parte opponentis quã eius cõtra quẽ opponit: hoc eſt ꝙ exci piẽs de metu nõ habet neceſſe articu lare p quẽ fuerit metus adhibit[9] nec cui fuerit illat[9] licet aliud ſit in exce= ptione doli que eſt perſonalis ex pte eius cui opponĩ. Iſte eſt tex. in. l. apđ celſum. ff. de doli excep. Et ex hoc in= fert Ange. Are. inſti. de except. In pri. col. penul. ꝙ exceptio metus bene po= teſt opponi contra patrem ⁊ patronũ ⁊ a plebeio contra conſtitutum in di= gnitate cum famam nõ ſigillet: quod ſecus eſt in actione de dolo. vide lati[9] per eum. Antonius de tremo.

b ¶De non petendo. Et ſi ſubtilis ſit materia an pactum de non peten= do tollat ipſo iure obligationem na= turalem et elidat ciuilem vt habetur in. l. Si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. quia tamen parum practice congruit. Ideo ad moder. ibi te remit tere dignum duxi vbi etiam reperies

UVA. BHSC. IyR_228_4

differentias inter pactum de nō petēdo ⁊ de non agendo ſignāter per Iaſ. in.x.col.verſi.iuxta iſtam glo.hoc ſolū volo te notare circa propoſitionē ipſiꝰ exceptionis ꝙ nō dicas nō potes agere vel non teneor reſpondere vel nō a poſſum conueniri quia feciſti mihi pactum de nō petendo:quoniā hec exceptio non impedit litis ingreſſum.vt dicit text. in.c.j.de lit.con.li.vj.et tenent ful.⁊ moder.in.l.creditori.C.de pac.Et ideo tanq̄ inepte excipiens ſuccumberes.Sed debes dicere nō teneor ad petita quia feciſti ⁊c. Iſta eſt doctrina patris practices ſpe. in titu.de excep.§.dicto. verſi.rurſus. quam ſequitur Ang.in.§.preterea colum.iiij.inſti.de excep.

a ¶Ne omnino.Hoc ideo dixit quia ſi eſſet factum pactum ad tempus diceretur dilatoria ſolutionis de qꝛibꝰ plene dixi in titu.de impe.et excep.q̄ con.reſcrip.et iudi.delega.oppo.verſicu.attende.tamen vbi inuenies diſcuſſum lucidius q̄ alibi.

b ¶Peremptorie.Iſtud idem tenēt Bartolus et cuma.in.l.iij.ff.de excep. quos ſequitur Angelus aretinus.in §.j.columna finali.inſti. eodem titulo.licet Speculator in titulo de exceptionibus §. dicto de dilationibus. verſiculo quid de exceptione:non numerate pecunie.poſt Ioannē de deo. velit ꝙ ſit dilatoria ⁊ temporalis ⁊ ante litem conteſtataȝ. opponenda niſi iuraret reus ſe neſciuiſſe ſibi competere ante litem conteſtatam quod vltimum etiam tenet autor.Iſte videlicet ꝙ ſint temporales licet bene fateatur eſſe peremptorias.Sed tu teneas eſſe peremptorias ⁊ perpetuas quoniam ſecundum Bart. vbi ſupra.iuriſconſultus ad hoc ꝙ exceptio dicatur peremptoria ⁊ perpetua non conſiderauit infra quantuȝ tempus poſ-

omnino[a] pecunia petatur vt in-
ſti.de excep.§.appellātur et.ff.de
re iudi.l.poſt rem iudicatam.⁊.ff.
de except.lege exceptiones.§.rei.
¶Exceptio non numerate pecu-
nie et non numerate dotis.
b Iſte due ſunt peremptorie[b] non
c perpetue ſed ad tempus[c] ⁊ ano-

ſit opponi.ſed ſolum vtrum excludat actionem ad tēpus vel in perpetuū. Sed ſic excludunt actionē in perpetuum et illam perimunt ſiue opponātur infra tempora cōſtituta ſiue poſt. Igitur erunt dicēde peremptorie et ppetue. Sed mēs huius docto. fuit ꝙ certa ſunt ⁊ determinata tempora intra que huiuſmodi exceptiones debent opponi ſaltim ad hoc vt nō ipſi excipienti ſed creditori ſuccumbat onus probandi numerationem:imo nec quo ad facultatem opponendi dici poſſunt tēporales imo potius perpetue cum ſecundum communiorem ſententiam perpetuo opponi poſſint etiam poſt ſtatuta tempora ſaltim reiecto onere probationis in opponentem prout firmat are. in dicto.§.j. colum.iij.et ſtatim dicetur.Anto.de tremo.

c ¶Ad tēpus.Iſtud vt iam dixi referas ad facultatem excipiendi ⁊ transferendi onus probandi in aduerſarium quod eſt in exceptione non numerate pecunie hodie biennium in mutuo.l.in contractibus.in princip. C.de non nume.pecu.in confeſſione ſoluti ex alia cauſa triginta dierum. ¶Super ceteris ea.l.⁊ in exceptione non numerate dotis ſunt prefixa varia tempora ſecundum quod durauit matrimoniū in.l.fi.⁊ autenti.ibi poſita.C.de do.cau.non nu. ¶Et quia hij duo articuli poſſent in longum diſtendi concluſiue procedendo vtiliora in practica tranſcribam.Prima igitur cōcluſio erit in hac materia ꝙ infra biennium a die emiſſe confeſſionis de mutuo recepto competit confitenti exceptio non numerate pecunie qua oppoſita infra dictum tempus creditori incumbit onus probandi numerationem quam ſi probare nō poſſit abſoluitur reus tex.eſt in.l.

UVA. BHSC. IyR_228_4

ſi ex cautione iuncta ſolenni.l.in contractibus.in princip.C.de non nume. pecu. ¶Quod vtiqȝ procedit etiam ſi iuramentum interueniat in dicta cõfeſſione per textum nota.in.l.fi.eod. titu.ita quod ſecundum Bald.ibi in prima queſtione non eſt neceſſaria diſpenſatio a iuramento niſi ſecunduȝ Salice.ibi debitor iuraſſet pecuniam vere fuiſſe numeratam:quia eo caſu obſtaret iuramentum niſi obtineretur abſolutio ſecundum Antonium de butr.in capitulo finali colum.tertia de ſolu. ¶Secundo procedit etiaȝ ſi debitor renuntiaſſet incontinenti exceptioni non numerate pecunie:q̄ꝛ qua facilitate ꝛc. Secus ſi ex interuallo vt volunt Cynus Bartolus ꝛ moder.in dicta lege ſi ex cautione.ꝛ Panor.et Fely.in dicto capitulo ſi cautio. Secus etiam ſi in renuntiatione incontinenti facta interueniſſet iuramentum:vt quia iuraſſet non excipere ſecundum Bartolum in dicta.l. finali. ¶Operatur tamen talis renũtiatio ſimplex ꝛ incõtinẽti facta quia transfert in debitorem onus probandi pecuniam non fuiſſe numeratã ad quod non tenebatur ſecundum Salicetum in dicta.l.ſi ex cautione in prima ꝛ ſecunda queſtione.ꝛ Imo.in dicto capitulo fi.et ſic tantum operabitur quantum tranſcurſus biennij. Sȝ ſi poſt biennium fieret renũtiatio in totum preiudicaret ſecundum eos et ſequitur Fely.in dicto capitulo ſi cautio. colum.xij. ¶Tertio procedit etiã ſi fieret in iudicio talis confeſſio mutui non tamen in figura iudicij quia adhuc poterit opponi exceptio dummodo non fiat per viam contentioſe iuriſditionis ſecundum Baldum in dicta.l.in contractibus in princip.in vlti.q.ꝛ ibi ſequitur Saly.ꝛ Fely. vbi ſupra. ¶Reſtringe premiſſam concluſionem vbi ex tenore inſtrumenti non appareret de reali numeratione quia ſi de illa conſtaret per verba que concluderent numerationem tunc interueniſſe non poſſet dicta exceptio opponi puta que decem titius in veritate habuit et recepit ĩ preſentia mei notarij ꝛ teſtium infraſcriptorum vel ſimilia ſecunduȝ Bar. Bal. ꝛ moder. in.d.l.ſi ex cautione.non tamen ſufficeret dicere ꝑ ablatiuos abſolute poſitos Gaius cõfeſſus fuit habuiſſe decem a titio dante et numerãte:ſecũdũ Bald.in.l.vna.col. mihi.viij.verſicu. modo ſequitur.C.de confeſ.ꝛ in.d.l.ſi ex cautione.colum.iij.verſicu.quarto quero vbi etiam Salic.colum.penul. ¶Subdit tamen Bald.ibi in verſicũlo ſequen.quod ſecus eſſet ſi per gerũdium numerãdo quod ſonat in actu quod ſequitur Alexand.in.l.predia. ff.de acquirẽ.poſſeſ. Premiſſa autem ſunt vera vbi publica ſcriptura eſſent inde confecta et in ea aſſereret̃ actualis numeratio quia ſecus ſi priuata que diceret habui ꝛ recepi:quia per illa verba in ſcriptura priuata probaretur ſolum confeſſio non autem numeratio per glo.in.l.ſi ex pluribus in ver.proponeretur que eſt vl.ff.de ſolu.per quam ita tenet ro.ꝛ ibi ſequit̃ Alexan.per multa iura in.d.l.predia. et Imo.ꝛ Fely.in.d.c.ſi cautio. ¶Secundo non procedit dicta concluſio in confeſſione mutui facta ex alia cauſa antecedenti puta debebas decem ex cauſa venditionis et illa ſolenniter recognouiſti debere ex cauſa mutui tunc non haberet locum exceptio non numerate pecunie:vt eſt caſus in.l.aduerſus.C.de non numera.pecunia. ¶Item tertio nõ ꝓcederet vbi debitor ex interuallo ſolniſſet parteȝ debiti confeſſati quia videtur agnoſcere fideȝ cautionis vt amplius oppo nere nõ poſſit pecuniam nõ fuiſſe numeratam per textum.in.l.cum fidem eodem titulo. ¶Item quarto dicunt glo.ꝛ docto.in.l.ſ.C.de fal.cau.adiec. leg.et Cy.ꝛ Salice.in.d.l.in contractibus.in prin.quod non procederet dicta concluſio quando confeſſio fieret in vltima voluntate quia moriẽs non preſumitur confiteri ſpe future numerationis et illam gloſſam dixit

UVA. BHSC. IyR_228_4

Ⅎnicam in iure et ſingularem Bald. in.c.literas.de preſum.et in tit.de pa. conſtan.in verſi.vaſalli noſtri in vltimis verbis quod ſaluat Fely.in dicto.c. ſi cautio col.xv. quando fieret talis confeſſio per exiſtentem in extremis. ¶Ultimo ideo dixi in dicta concluſione cõfeſſionis de mutuo recepto.quoniam in alijs contractibus cõfeſſio ilico preiudicat.l.publia.§.fi.ff.depo.et.l.generaliter.C.de non numerata pecunia ⁊ notat glo.in dicta.l.ſi ex cautione.et in.d.l.in contractibus in prin.et ratio ſpecialitatis ſecundum Baldum ibi eſt quia homines ſunt faciles ad cõfitendum ſe debere quod ſperant ſibi numerari propter varias neceſſitates.¶Confeſſio tamen de ſoluto ſiue ad liberandum non preiudicat niſi poſt triginta dies vt prediri:et habetur in dicta lege in contractibus.§.ſuper ceteris.

¶Secunda concluſio eſſet quod poſt biennium non auditur volens dicere pecuniam non fuiſſe numerataꝫ etiã ſi velit in ſe aſſumere onus probandi in qua concluſione ſcribentes ſunt valde varij quibuſdam ſimpliciter aſſerentibus hanc exceptionẽ poſt biẽnium penitus tolli.Alijs illam poſt biennium et perpetuo admittentibus tranſlato onere probandi in opponentem.Alijs illam de equitate canonica non de iure ciuili recipientibus.Alijs vtroqꝫ iure illam penitus reſpuentibus.prout videre potes per doctores tam legiſtas quam canoniſtas in locis preallegatis.et per Angelum areti.in dicto.§.j.colum.tertia et ſequenti.et per Iaſ.in lege cũ quis C.de iur.et facti.igno.colum.pen.Et diſputatiue putarem veriorem ſententiam dicentium perpetuo dari ſed poſt biennium incumbere onus probandi debitori ⁊ ſic tranſcurſum biẽnij operari ſolum tranſlationem oneris probandi in reum contra concluſionem predictam per iura ⁊ ratiões adducta per Angelum are.vbi ſupra dicentem quod gl.vltramontani per eum relati ita tenent.¶Sed in actu practico non video vtilitateꝫ magnã reſultare ex huiuſmodi altercatione doctorum.Cum maior pars ſcribentium concludat volentem probare pecuniam non fuiſſe ſibi numeratam debere audiri poſt biennium de equitate canonica.prout voluit Dy.in.c. locupletari de reg.iur.li.vj.⁊ Anto.de but.imo.⁊ Moder.in dicto capitulo ſi.vbi imo.teſtatur hanc eſſe communem ⁊ Bald.in.ix.queſtione.⁊ Salic. in ſecunda in dicta lege ſi ex cautione.⁊ idem Bald.in dicta lege in contractibus.in prin.in.ij.nota.⁊ in repe. l.ij.col.lix.verſiculo quinto queritur. ff.de iureiur.licet idem Bald.et Iaſ. poſt eum in dicta.l.cum quis dicant vtroqꝫ iure ſilentium totale induci per lapſum biennij.Ange.vero areti. dicit in dicto.§.j.colũ.iiij.iure cano. etiam poſt bienniũ incumbere onus probandi creditori quod tamẽ ſic ſimpliciter non puto verum.¶Item nemo in hoc diſcrepat quin debitor moleſtatus a creditore poſſit poſt biennium miſericorditer implorare officium iudicis in locum deficientis exceptionis per quod iudex ab agendo repellet creditoreꝫ ſicuti per exceptionem:prout voluit Bald.in.l.illicitas in prin.per illum textum.ff.de offic. preſi.et in locis preadductis et eum ſequiẗ Iaſon in lege prima ĩ ſexta columm.verſiculo nunquid antẽ.vbi multa adducit ſimilia.ff.de iuriſditione omnium iudicũ.¶Et propterea non erit vis niſi in forma implorandi dictum officium iudicis in quo non ſic concluditur prout in exceptione per ea que no.moder.in.d.l.prima.Et niſi in repulſione excipientis ꝓpter preſumptam calumniã:de quo p Bald. in.d.l.in contractibus.in prin.immo plus voluit Hoſt.in.d.c.ſi cautio.qđ ſi poſt biennium nõ admittereẗ dicta nõ numerate pecunie exceptio:poterit tamen de dolo ⁊ fraude creditoris excipi videlicet qđ repetit pecuniam a ſe non numerataꝫ ita vt ꝓpoſita ex-

UVA. BHSC. IyR_228_4

ceptione doli cum aliquib⁹ probabilibus coiecturis on⁹ probādi transferat in creditorem: qd̄ dicit valde no. ⁊ mē ti cōmēdandū Pa. ibi. ¶ Sed redeundo ad predictam cōclusionē licet forte non verā dic eā nō procedere vltra a predicta primo si b probaret creditorem cōfessum fuisse pecuniam nō fuisse ſibi numeratam: quia propter confessionē partis receditur ab omni presumptione iuris per gloſſam ſingularem. in aut. de equa. dot. §. j. in verbo ſcribat. colla. viij. quam dicit non eſſe alibi Bal. in aut. ſed iaꝫ neceſſe. C. de do. añ nup. Et ita tenēt Hoſt. pa. ⁊ Fely. in. d. c. ſi cautio. ⁊ voluit Sali. i aut. quod locum. C. de do. cau. non nu. Secundo nō procederet in foro conſcientie: quia quātūcūqꝫ lex ciuilis fingat ſuper tali debito nō vero propter taciturnitatem biennalem debitoris: tamen in foro conſcientie ipſe debitor eſt tutus nec tenetur ſoluere: quinimmo ſi ſoluere compulſus fuerit tenet creditor ad reſtitutionem: ita tenent Inno. Anto. de but. ⁊ Pan. in. c. quia plerūqꝫ. de immu. eccle. ⁊ Bald. in dicta. l. ſi. ex cautione in fin. verſicu. tales enim leges ſe fundantes ſup preſumptione ſeu fictione non habent locum in foro cōſcientie: vt dicit Bal. in. d. l. cum quis colum. vj. verſic. poſt hoc ſciatis. ⁊ forus conſcientie eſt tribunal veritatis ⁊ non fictionis dicit Bald. in. l. vna colum. ij. C. de confeſ. ¶ Quo autem ad exceptionem nō numerate dotis quia pleraqꝫ ex predictis ei conueniunt: ſi plenius informari cupis videto ſcribentes in locis preallegatis ſignanter Fely. in. d. c. ſi cautio. hoc vnum in practica quotidianum non omittam quod licet certa tempora ſint ſtatuta ad precludendam facultatem opponendi exceptionem non numerate dotis competentem marito vel eius heredi cōtra vxorem vel eius heredem. Attamen contra tertium poſſidentem bona mariti nulla ſunt tempora preſixa: quominus vxori agenti ypothecaria ex beneficio lege aſſiduis. C. qui po. in pignore habe. incumbat neceſſitas probandi dotem fuiſſe marito numeratā non obſtante decurſu temporū in dicta lege finali. ⁊ autentica ibi poſita preſixorum per text. in. l. ſi cui. C. de non nume. pecu. et in dicta. l. aſſiduis. in verſi. date. et in. l. ſi quis poſt hac. in princi. C. de bo. preſcrip. que iura hoc bene probant ſm̄ Fely. in. d. c. ſi cautio. col. xxv. verſi. fallit vltimo dicentem Ro. ita cōſuluiſſe et ita tenere imol. i. l. ita ſtipulat⁹. §. griſogon⁹. de verb. obli. cōtra Jac. bu. ⁊ Bart. cōtrarium tenentes. in dicta. l. aſſiduis.

male[a] dici poſſunt.

¶ Exceptio velleiani[b].

a ¶ Anormale. licet glo. in. l. iij. ff. de exceptio. ⁊ alibi ſepe dicat has exceptiones eſſe amormalas quo ad on⁹ probandi: iſtud tamen diſplicet Bar. et docto. ibi per rationem de qua per eos. Anto. de tre.

b ¶ Velleiani. licet he due exceptiones ſint peremptorie vt dicitur hic et nedū poſſint opponi ante ſententiaꝫ verum etiam poſt ſententiam in executione vt dicet idem autor. ſ. titu. in prin. Attamen inter eas eſt mēti tenēda differētia qꝛ videlicet: altera idest velleiani eſt fauorabilis: altera ſcilicet macedoniani eſt odioſa. Et mulier tuta exceptiōe fauorabili velleiani ſoluēs quocunqꝫ errore repetit. ſed filiusfa. tutus exceptione odioſa macedoniani nō repetit. iſte eſt tex. ſingularis in. l. qui exceptionem. in prin. ff. de condi. inde. ſecundum Bart. ⁊ moder. ibi. ¶ Et dicitur ideo fauorabilis exceptio velleiani ex mente Bart. ibi quia principaliter eſt inducta in fauorem mulierum: licet ſecundario in odium creditorum. Sed exceptio macedoniani eſt principaliter inducta in odium feneratorum: licet ſecundario in fauorem filiorumfa. l. j. in prin. ff. ad mace. ⁊ ideo impedit repetitionem indebite ſoluti. qꝛ eſt principa-

UVA. BHSC. IyR_228_4

liter odioſa contra naturalem equita tem ꝛ rationem inducta alias ſi eſſet inducta ſecundum naturalem ratio nem: licet odioſa prout ſunt exceptio doli et metus non impediretur repe titio indebite ſoluti vt volunt Cyn. Bart. et omnes. in. l. ij. C. de his que vi met. ve cau. fiunt. ¶ Et ex ratione predicta poteſt elici alia differentia ꝙ macedonianum tunc demum ha bebit locū quando creditor fuit ſciēs vel ſcire debuit. l. iij. vbi Bar. et doct. ff. ad mace. et dicetur infra. Secus au tem in velleiano in quo non curatur ſcientia vel ignorantia creditoris ſed tantummodo ne mulier damnificet. l. j. ꝛ. ij. ff. ad vel. prout ſcribit Angel. aret. in. §. item ſi. in. xj. colum. inſti. de excep. Aliam tertiam differentiaꝫ po teris colligere ex vndecimo caſu in quo ceſſat velleianum infra. ea. addi. ¶ Pro breui autem annotatione cir ca vnamquãqꝫ harum exceptionum ponam aliquos caſus quotidianos in quibus ceſſant ſiue non compe tunt. Premitto tamen ꝙ velleianum habet locum quoties mulier in quoli bet contractu ſiue re ſiue verbis lite ris vel conſenſu pro alio ſine patre marito vel filio alia ve quacunqꝫ per ſona itercedit. l. ij. §. fi. ff. ad vel. ¶ Ple riſqꝫ autem modis dicitur mulier in tercedere primo alienam obligatio nem in alterius perſona iam natam in ſe transferendo quia quod titius ſeio debebat mulier eidē ſeio ꝓmiſit animo nouandi. Secundo alienam obligationem naſcituram in perſona alterius in ſe ſuſcipiendo puta vole bam tecum contrahere et mulierem in fideiuſſoreꝫ accipere. Sed veritus ne mulier ſe velleiano iuuaret malui cum ipſa contrahere hoc etiam caſu dicit intercedere. l. ꝗnis. §. ſi cum eſ ſem. ff. ad velleia. Tertio quando par ticipat de obligatione alterius eque principaliter ſe obligando. Quarto quando ſe obligat acceſſorie fideiubē do conſtituendo ſe pro alio ſoluturā et mandando. vt no. in. l. in perſonaꝫ §. j. ff. de pact. et in. l. j. C. ad vel. ꝛ in. l. ſtichum. §. aditio. ff. de ſolu. ¶ Primꝰ ergo caſus in quo ceſſat velleianum erit quando mulier expreſſe renuntia uit illi beneficio: vt voluit gl. in. d. l. j. C. ad velleianum. et in. l. fin. §. fina. ff. eodem. Sed quia Jac. de aret. Pe. Cy. et Ny. de mat. tenent contrarium. in dicta. l. j. et in. l. fi. eodem titu. C. et mo der. in eiſdeꝫ locis late diſtinguūt. di cas quod cum hodie in inſtrumētis de conſuetudine mulieres renuntiēt beneficio velleiani et in eis appona tur iuramentum certe iuramentum validabit renuntiationē et excludet beneficium velleiani per tex. apertū. in. c. ex reſcripto. de iureiu. ꝛ quia ſine interitu ſalutis eterne poteſt ſeruari. c. cum contingat. eodem titulo. et. c. licet mulieres. eodem titulo. libro. vj. et. c. ij. de pactis. eodem libro. ¶ Et li cet glo. ordinaria. in dicta. l. fi. §. fin. di cat ꝙ mulier ſimpliciter renuntian do non preſumatur certiorata vt etiā tenent Dy. Barto. ꝛ omnes in. l. ſcien dum. ff. de verbo. obliga. quia eſt ſolē nitas extrinſeca. Attamen vbi inter uenit iuramentum preſumitur certifi cata de viribus velleiani licet aliter de certificatione non appareat ſecun dum Bart. et moder. ſignanter Alex. in. vij. colum. in. d. l. ſciendū per tex. in. d. c. ex reſcripto. vbi verbum nullū de certioratione et ibi tenent Ant. de but. et Pa. ꝛ Pau. de caſtr. in. d. l. fi. C. ad vel. dicens pro opi. Bar. eſſe deci ſionem iuris cano. Et dicit Ange. are ti. in. d. §. item ſi. col. xx. ꝙ Barto. opi. ſeruaretur in practica ꝛ idem voluit ipſe Bar. in. l. ſi duo. §. idem iulianus verſic. item per hanc. l. ff. de iureiur. ꝛ in aut. ſacramenta puberum. colla. ij. ver. quero vtrum. vbi etiam doc. C. ſi aduer. vendi. ¶ Ubi ergo non eſſet renuntiatum cum iuramento. Secū dus caſus erit ſi poſt biennium a die prime interceſſionis mulier ſecundo caueat quia nō iuuabitur velleiano. lege ſi mulier perfecte. C. ad vel. ꝛ hoc propter ſolennitatem actus: tacite re

UVA. BHSC. IyR_228_4

petiti quo caſu etiam non eſſet opus aliqua certiorațione ſecundum Bal. ⁊ Sali. ibi. ¶ Predicta tamen limita niſi mulier intercederet pro eius marito quia etiam ſi milies ratificaret et etiam poſt decennium non ei noceret niſi manifeſte probaretur pecuniam verſam in vtilitatem mulieris vt dicit tex. in auk. ſi qua mulier. C. ad vel. etiam ſi mulier expreſſe renuntiaret diſpoſitioni illius auk. quia cũ ſit prohibitoria et factum ipſo iure annullet non tenebit renuntiatio vt in ſimili voluit glo. ſingularis. in rub. C. ne fideiuſ. do. den. quam dicit reputari ſingularem Alexand. in lege ſi conſtante. §. quoties. colum. iij. ff. ſolu. matri. et hoc tenent Jaco. de areti. Pet. Cy. Bald. et Salice. in. d. auk. ſi qua. quod eſt verum niſi renuntiaret cum iuramento. dicto capitulo cum cõtingat. cum ſimilibus prealleg. prout tenent Bal. ibi ſcilicet. in. d. auk. ſi qua. et in lege antique. §. fi. ⁊ moder. in. d. §. quoties. poſt Joan. andr. in addi. ad Specu. loco per eos allegato dicẽtem ꝙ licet legi prohibitiue non poſſit renuntiari per pactum vel ſtipulationem bene tamen iuramento ⁊ hãc dicit ſibi placere Alexand. in dicto. §. quoties: licet Barto. contrarium tenuerit cuius opiñ. dicit communiter reprobari per cañ. in dicto capitulo cũ contingat. Et quod ſupra dixi in viro idem dicas in quolibet contingente virum iure patrie poteſtatis: puta in eius patre filio et fratre in eiuſdem patris poteſtate exiſtente ꝑ text. in. l. iij. §. qui in poteſtate cum ſequen. ff. de dona. inter vi. et vxo. ſecundum Nic. de mat. et Bald. in. d. auk. ſi qua. quos ſequitur areti. vbi ſupra. colum. xxij. Tertius caſus erit quando mulier creditorem deciperet quia imbecillitati mulierũ non calliditati ſe natuſcon opem tulit dicit text. in lege ſecunda. in fin. prin. et in. l. ſi decipiendi. ff. ad velleia. dicitur autem mulier decipere multipliciter vt per Angel. areti. vbi. ſ. colum. xxi. Quarto non iuuabitur mulier velleiano ſi pretium accipiat pro interceſſiõe per text. in lege antique. in prin. C. ad velleia. Sed an ſufficeret quid modicum an vero debeat eſſe tale quod equipolleat q̃titati pro qua interceſſit in qua queſtione licet Cy. ⁊ Salice. fuerint contrarij. in dicta lege antique. Bal. tamen ibi notabiliter diſtinguit dicens quod ſi mulier recipiat tale et tantum precium quod homo diſcretus pro illo premio ſe fideiuſſorem cõſtituiſſet tunc quia non fideiuſſit ex fragilitate ſed ex propria vtilitate nõ iuuabitur velleiano alias ſic et totum erit in arbitrio iudicis multis conſideratis ⁊ Bald. diſtinctionem approbat. are. vbi. ſ. Quinto non iuuat mulier velleiano pro alio ſoluendo ⁊ numerando lege prima et. ij. C. ad velle. quia ei non ſuccurritur niſi quando intercedit alienam obligationem participando vel in ſe transferendo non autem alium liberando vt ibi. ¶ Nõ tamẽ putes verum quod voluit gloſ. in dicta lege prima videlicet quod mulier pro alia ſoluendo preſumatur donare cum poſſit ſumi alia coniectura quam donationis. l. ſi cum aurum. ff. de ſolut. Jdeo potius preſumitur velle illius negotium gerere ſecundum Bald. et Sali. ibi. Niſi forte ſoluiſſet pro cõiuncta perſona vel ꝑ debitore miſerabili et ipſa mulier eſſet multum diues: vt ibi per eos. Et premiſſa intelligas in vera et actuali ſolutione. Secus enim ſi pro alio intercederet etiam animo donandi de quo conſtaret quia adhuc iuuaretur velleiano cum talis donatio non incipiat a traditione ſeu numeratione ſed a ſola obligatione in quam quis facilius incidit. ſecundum Salicetum in dicta lege prima. quod tamen non firmat ſed reliquit cogitandum Angel. autem. areti. in dicto. §. item ſi. columna vigeſimaquarta. hoc putat verum adducens aliqua ſimilia. Sexto non iuuaretur ſi intercederet in rem ſuam: id eſt ſuum nego-

UVA. BHSC. IyR_228_4

ritũm gerendo puta ſe obligando pꝛo
illo cuius vere erat debitrix.per text.
in dicta lege.ij.C.ad velleianũ. quod
intellige ſecundũ Paulum ibi quan=
do intercederet vſq₃ ad concurrentez
quantitatem quia ſi vltra quam debe
ret pꝛo creditoꝛe ſe obligaret:in illo
pluri iuuaretur.argu.l.que de tota.ff.
de rei vendi.Septimo ceſſat velleia=
num ſi mulier pꝛo alia muliere dotez
pꝛomiſerit vel pꝛo illa ſe obligauerit
ſiue eſſet filia ſiue extranea fauoꝛe do
tis ⁊ ne indotata a viro repellatur:vt
eſt text.in.l.ſi dotare.et lege finali.C.
ad velleianum.et dicit Ange.areti.in
ſepe allegato.§.item ſi.columna.deci
maſeptima.quod quia in fauoꝛabili=
bus ⁊ piis cauſis fit extenſio etiã vbi
lex.taxatiue loquitur per glo.in lege
illud. C. de ſacroſanctis eccleſijs. qđ
idem erit in omni alia pia cauſa puta
alimentoꝛum in quibus non iuuabi=
tur velleiano.¶Octauus caſus erit
ſi pꝛo libertate alicui ſeruo dãda mu=
lier tanquam pꝛincipalis vel vt fide=
iuſſoꝛ aliquid pꝛomittat lege penulti
ma.C.ad velleianum.ea ratione quia
cum libertas ſemel data non poſſit re
tractari ne dominus ſerui damno affi
ciatur mulieri non ſuccurritur vt ibi
dicit text.Et eadem ratione ſi credi=
toꝛ apud quem mulier interceſſit nõ
poſſet habere regreſſum contra illuz
pꝛo quo interceſſit certe non iuuare=
tur velleiano ad quod bene facit tex.
in.l.ſi apud minoꝛem.ff.de minoꝛib⁹.
et ita tenet Salic.in dicta.l.penulti=
ma.⁊ Ange.are.vbi ſupꝛa.¶Nonus
quando mulier ſucceſſit ei pꝛo quo in
terceſſerat.l.quamuis.§.ſi mulieri he
res.verſiculo plane.ff.ad velleianuz.
⁊ hoc ſiue mulier erat eque pꝛincipali
ter obligata ſiue acceſſoꝛie quia fide=
iuſſoꝛia actio ſublata eſt confuſione ꝑ
aditionem hereditatis et ipſa ſolum
tenetur actione hereditaria.l.genera
liter.ff.de fideiuſſ.contra quam non
iuuatur velleiano.¶Decimus caſus
erit quando mulier pꝛo alio interce=
dit apud minoꝛem ⁊ pꝛincipalis de=
bitoꝛ non eſt ſoluendo tunc mulieri
non ſuccurritur fauoꝛe minoꝛis per
textum.in dicta.l.ſi apud minoꝛem.
ſed ſi eſſet debitoꝛ pꝛĩcipalis ſoluẽdo
ita ſuccurrit mulieri ꝯ minoꝛẽ ſicut
maioꝛem ſecundum Salice.in dicta
lege finali.¶Undecimus erit quan=
do debitoꝛ pꝛo quo mulier interceſſit
ſoluiſſet ipſi mulieri id in quo inter=
ceſſit quia per talem ſolutionem mu=
lier perdit velleianum licet potue=
rit perdere pecuniam ſibi ſolutam.
Immo etiam ſi illã perdiderit non
iuuabitur quia ſibi imputet ſi quam
pꝛimum pecunia fuit ſibi ſoluta cre=
ditoꝛi non ſatiſfecit tali enim caſu ex
ſua interceſſione non remanet in dã=
no ſed ex ſua culpa et damnum quod
quis ſua culpa ſentit ⁊c.c.damnum.
de regulis iuris.libꝛo ſexto.Secus ta
men erit in macedoniano in quo quã
tumcunq₃ filiusfami.habeat pecuniã
ſaluam tamen ſi conueniatur iuuabi
tur macedeniano.tex.eſt mirabilis ſe
cundum Paulum ibi.in.l.ſed et ſi pa
ter.§.hoc ſenatuſconſulto.ff.ad mace
donia.quem et dicit nota.Bald.in.l.
macedoniani.C.eodem.⁊ Ange.dicit
eſſe ſingularẽ.in dicto.§.itẽ ſi.col.xiij.
¶Et differẽtie ratio patet ex rõne de
qua.ſupꝛa vez quod macedonianum
eſt introductum in odium credentis
⁊ actus ipſe mutuandi attenditur ſ₃
velleianum eſt introductum ne mu=
lier intercedendo ledatur et hoc caſu
non lederetur ex ſua interceſſione:et
hanc rationem aſſignat.gloſſ.in di=
cto.§.hoc ſenatuſcon. et ibi ſequun=
tur docto. ſignanter Paulus de ca=
ſtro.ſed ille text.ſane pꝛocedit quan=
do filiusfamil. accepiſſet pecuniam
ſimpliciter et indeterminate et non
vt in rem patris conuerteret et eam
penes ſe haberet vel in emptionem
libꝛoꝛum vel pꝛedioꝛum quos pe=
nes ſe haberet conuertiſſet. Secus
autem ſi conuertiſſet in vtilitatem
patris vel ea intentione eam acce=
piſſet vt in rem patris conuerteret.
per textum in lege ſed iulianus.§.
pꝛouide.

UVA. BHSC. IyR_228_4

monide.ff.ad macedo.ſecundū Bal.
in.l.macedoniani.C.eodem.⁊ Pau.de
caſtro in dicto.§.hoc ſenatuſcon.⁊ in
d.l.ſed iulianus.§.finali. ¶Ultimus
caſus erit ſi decretum iudicis inter-
ponatur per not.
in.l.fina.C.ſi mili.
inde.promiſ.ſcdm
pau.de caſtro in.d.l.fina.C. ad vel.fa
ciunt que de decreto iudicis haben-
tur in.l.prima.vbi Bart.de pred.cur.
lib.x.et per Bar.Sali.pau.Alexan.⁊
Iaſo.in.l.pacta nouiſſima.C.de pac.
¶In caſibus autem quibus mulier
iuuatur velleiano quomodo ſuccur-
ratur creditori ⁊ quando ei competat
remedium reſtitutorium ⁊ quādo in-
ſtitutorium: quia raro contingunt in
practica videbis in.l.debitrix.§.j.et
in.l.quamuis.§.ſi cum eſſez.ff.ad vel.
⁊ per Ange.are.in.d.§.item ſi.colū.
xxvj.De tre.

a et macedoniani a et

a ¶Macedoniani.quia in precedē-
ti additione lōgior fui.Ideo nūc bre-
uiſſime tranſcurre caſus in quibus
macedonianum non habet locū.Pri-
mus quando filius cui eſt mutuatuz
eſſet ſui iuris et nō in patris poteſta-
te puta emancipatus baſtardus vel
ſpurius quibus macedonianum non
competit ſed ſolummodo filijſfami.vt
eſt text.in.l.prima.ibi.in cuius pote-
ſtate fuiſſet.ff.ad mace.intellige tem-
pore mutui recepti ſiue numeratiōis
quod tempus eſt inſpiciendum.ſi enī
in patris poteſtate exiſtenti fuerit pe
cunia mutua numerata poſtea quē-
cunqꝫ ab eo pecunia repetatur etiam
ſui iuris effecto iuuabit macedonia-
no.l.j.in fi.prin.⁊.§.certe ſi arrogatus
eod.titu.Et eadē ratione ſi filius ſui
iuris recepturus pecuniam mutuam
ſe obligauerit ⁊ ei poſtea in aliena po
teſtate cōſtituto numeret pecunia cer
te iuuabitur macedoniano inſpecto
tempore numerationis glo.eſt multū
no.ſecundum Salice.ibi in.d.l.pe.in
ver.C.eod.titu.quam dicit ordinariā
Ange.are.in.§.item ſi col.viij.inſtitu.
de excep.pro qua eſt bonus text.in.l.
contra etiam.ff.ad mace.¶Secundo
ceſſat in omnibus alijs cōtractibꝰ ex-
cepto mutuo in quo ſolo habet locuz
macedonianum vt eſt text.in.d.l.j.ff.
ad macedo.Ideo dicit tex.in.l.idem ⁊
l.ſequen.eodem ti.
quod ſi filiusfa.fi-
deiubeat pro alio
non iuuabitur macedoniano niſi fie-
ret in fraudem vt ibi.Et quidē opor-
tet qd tale mutuum ſit in pecunia nu
merata.l.ſed iulianus.§.mutui eodē
titu.vnde licet mutuum cōſiſtat etiaz
in vino blado oleo ⁊ ſimilibꝰ recipiē-
tibus functionem in ſuo genere.l.ij.
in principio.ff.ſi certuz petatur:tamē
in mutuo talium rerum non iuuare-
tur filiusfa.macedoniano niſi fieret
fraus per tex.in.d.§.mutui.Et eadez
ratione filiusfa.aliquid emeret ⁊ pre-
cium eiuſdē rei cōfiteatur debere vē-
ditori ex cauſa mutui licet ſit mutuuz
l.certi conditio.§.ſi.cum.l.ſequen.ff.ſi
cer.pe.tn̄ quia pecunia nō eſt nume-
rata de manu creditoris in manuz fi-
lijſfa.certe non iuuabitur velleiano
per tex.in.l.ſi filiusfa.§.is enim ſolus
ff.ad maced.niſi forte vt predixi fieret
in fraudem q̄ fraus ipſi creditori no-
ceret.¶Et ideo dicebat azo in ſum-
ma ti.ad mace.ver ſi habet etiam.qd
ſi filiusfa.haberet pecuniam deſtina-
tam ſolutioni fiende ſuo creditori ⁊ il
lam ſe mutuo recepiſſe ab eodem cre-
ditore confiteatur:tamen quia nume
ratio ex parte creditoris nō interue-
nit ceſſabit macedonianum.¶Et vi-
ceuerſa ſi alicui numerauero pecuniā
mutuam ⁊ illam poſtmoduz a filiofa.
ſtipulatus fuerim animo nouādi li-
cet ex parte creditoris interuenerit nu-
meratio quia tamen nō fuit numera-
ta filiofa.ceſſabit macedonianum:vt
eſt tex.in.l.ſi quod alij.ff.eodem ti.ha
bet ergo ſolummodo locuz in mutuo
in pecunia numerata facto.¶Tertio
ceſſabit macedonianum ſi filiusfa.ac-
cepit mutuum vt conuerteret in vtili-
tatem patris ⁊ conuertit.¶Item ſi a
principio ea intētione nō accepit ſed



UVA. BHSC. IyR_228_4

poſtmodum mutato propoſito in rem patris illam conuertit. Item et tertio ſi a principio ea intẽtione accepit vt cõuerteret in rem patris: ſed mutato propoſito nõ conuertit ſed eã perdidit vel in ſuam vtilitatem cõuertit. Iſtis enim tribus caſib⁹ ceſſabit macedonianum quia ſufficit vel in rẽ patris conuertiſſe vel ea intẽtione accepiſſe prout hec probantur in. l. ſed iulianus pꝛealle. §. proinde. ⁊. §. ſi filiuſfa. ⁊ in. l. in pupillo in fi. ver. ff. de ſol. Secus autem ſi pecuniã ſimpliciter acceptã nõ perdidiſſet ſed eã penes ſe haberet quia eo caſu bene iuuaret vt dixi in addi. precedẽti verſi. vndecimus. Et habes quãdoqz caſus.

¶ Sextus igitur erit vbi creditor nõ vana ſimplicitate ductus nec iuris ignorãtia credidit filiuſfa. eſſe patrẽfa. ⁊ ſui iuris: vt eſt tex. in. l. iij. in prin. ff. ad macedonianum ⁊ ibi text. ponit quando dicatur vana ſimplicitate ductus: puta qꝛ ſic publice paterfami. pleriſqꝫ videbatur: ſic agebat: ſic contrahebat: ſic publicis muneribꝰ fungebatur: quaſi dicat per famam et ex frequentatione actuũ probabit habilitas ad idem text. in. l. ij. in verſi. publice. C. eod. ſimplici autem aſſertioni dicentis ſe patrẽfa. creditor ſtare non debet niſi dicta iuſta ratione ductus l. j. vbi glo. ⁊ doct. plenius diſtinguũt C. e. ¶ Quid autem ſi erãt duo rei debendi ⁊ alter erat filiuſfa. ponit gloſ. nota. et magiſtra in lege ſed iulianus §. non ſolum. ff. eodem. quã ſic vocat Ange. are. in dicto. §. Item ſi. colũ. xj. vbi ponit quid econtra ſi ſint duo rei credendi ⁊ alter erat iniuſta ignorantia alter vero ſciebat eſſe filiumfa. vide per eum.

¶ Octauo ceſſat ſi pater filijfa. ſoluerit creditori pecuniam mutuatam filio in totum vel in parte quia per ſolutionem etiam partis debiti dicitur totum debitum agnouiſſe ⁊ ratificare: vt eſt tex nota ſecundum Paulum ibi in dicta lege ſed iulianus. §. pe. in verſiculo ſoluere ceperit. ff. ad macedo. facit qđ de exceptione nõ numerate pecunie dixi in verſiculo precedeñ. que p ſolutionẽ partis excluditur.

¶ Secus autem eſſet ſi pater daret pignus quia tũc tantummodo videtur debitum agnoſcere vſqꝫ ad valorẽ pignoris. vt eſt textus in lege. Sed et ſi paterfa. eodem titu. vbi glo. aſſignat rationẽ diuerſitatis. Quod Paulus de caſtro ibi dicit eſſe nota. ⁊ ſingulare ad materiam auten. ſed cum teſtator. C. ad legem fal. quod ſi heres non ſoluat vnum integrum legatum: ſed dedit pignus pro eo: quod propterea non tenebitur ad integra legata alia quod dicit menti tenendum. ¶ Nono idem per omnia dicas in filio effecto ſui iuris vt ſolutione partis debiti in totũ videatur agnoſcere nec iuuetur velleiano. d. l. ſed iulianus. §. fi. nõ ſic dando pignus vt predictum eſt.

¶ Decimo ceſſat etiam ſi filius nõ ſol uerit ſed ſui iuris effectus fidem ſuã pro dicto mutuo aſtrinxerit aut alias quomodolibet agnouerit. l. zenodorus. C. ad macedo. dummodo hoc nõ faceret ex ignorantia facti: qꝛ illa non facit eum perdere dictum beneficiũ per tex. in. l. fi. cum ibi no. ff. eodem.

¶ Undecimo ceſſat ſi etiam pater nõ ſoluerit de mutuo verũtamẽ filiuſfa. ſolitus erat talia mutua recipere ⁊ pater illa ſoluere ⁊ reſtituere quia ex tali cõſuetudine inducitur preſumptio conſenſus ſecũdum Bal. in. d. l. zenodorus. ⁊ licet Sali. ibi teneat contrarium Bal. tamen ſentẽtiam putat veriorem Ang. are. in allega. §. item. col. xv. ¶ Duodecimo ceſſat etiã ſi pater non ſit ſolitus reddere ſed alias filiofa. mutuũ recipienti conſenſit expreſſe vel tacite quia preſens erat ⁊ nõ cõtradixit nominatim vel paſſus eſt filium erigere apothecã ⁊ exercere aliquam artem: quia niſi prohibeat videtur conſentire ⁊ filius non iuuabitur velleiano: per tex. in. l. ſed iulianus. §. quamquam. ff. ad macedoñ. intellige autem de patre qui eum haberet in poteſtate ſec⁹ ſi eſſet in poteſtate ani-

UVA. BHSC. IyR_228_4

quia ſemper requirimus cõſenſum illius penes quez reſidet ius principale:vt eſt text.nota.in.l.filium habeo. eodem titulo. et voluit Bald. in.l.ſi permittente.C. ad macedo. vbi dicit dicta.l. habeo. ad hoc nota. ¶Decimotertio ceſſat etiam ſi pater filio nõ conſenſit verũtamen poſt mutui receptionem filius id patri per ſuas literas ſignificauit et pater factum filij non improbauit.vt eſt caſus in.l.ſi filiusfami.ff. ad macedo. quam Paul⁹ ibi dicit eſſe ſingularem et per illum textum tenent Guil.de cug.et Barto. in.l.titius.in fi.ff.de conſti.pe.et illuz textum docto.notant contra campſores vt per Ange.are.vbi ſupra. ¶Decimoquarto ceſſat ſi filiusfa.miles pecuniam mutuam acceperit in cauſa caſtrenſis peculij vſq; tamen ad quãtitatem illius.l.prima.in fine.et.l. ſecunda.ff.ad macedo.in peculio enim caſtrenſi filijfa.loco patrumfa. habentur. ¶Et idem dicas in cauſa quaſi caſtrẽſis peculij iuxta.l.fori.C. de aduoca.diuer. iudi. ⁊ per nota. in lege. miles.ff.de re iudica. ¶Et tales habentes caſtrenſe vel quaſi in dubio preſumuntur accipere in illam cauſam vt voluit gloſ.in dicta.l.ſecunda. et probat text.in.l. fina.§. finali.C.ad macedo. ¶Decimoquinto ceſſat ſi filiusfa.alibi cauſa ſtudiorum degens vel in legationem proficiſcens pecuniam mutuam acceperit ad eum modum quem pater ei non deberet recuſare:vt eſt tex.in dicta.l.ſed iulianus §.quod dicitur.et in.l. macedoniani C.eodem titulo. et vtrobiq; per gloſ. et docto.dicentes quod hoc caſu ſumptus neceſſarij cauſa ſtudiorum dicũtur libri victus et veſtitus:et ibi vide quid ſi filiusfami. erat in ſtudio contra voluntatem patris vel eſt ebetis ingenij et per areti.in dicto.§. item ſi. columna duodecima. ¶Decimoſexto ceſſat vbi eſſet mutuatum filiofami. mercatori:quia eſſe mercatores eſt vtile reipublice et quid iudicatur eſſe licitum propter finem quod alias eſſet illicitum: et ideo hoc caſu ſicuti nec vbi cauſa ſtudiorum non iuuabitur velleiano ſecundum Cynum Nycolaum de ma.Baldum.⁊ Salice.in dicta lege macedoniani.Imo vt predixi quando mercator accepit debitum et non apparet in quo ſit verſum preſumetur verſum in mercantijs ſecundum Baldum. ibi poſt Barto.in lege finali.in fi.eodem titulo. ¶Decimooctauo ceſſabit ſi filiusfami.acceperit mutuum vt ſe ab antiquo debitore liberaret quem nulla exceptione poterat repellere. dicit text⁹ in dicta lege ſed iulianus.§. ſi filiusfamilias. Sed ſi potuiſſet opponere exceptionem cõtra illum creditorem licet eſſet ei efficaciter obligatus:quia tamen repetere nõ poteſt lege qui exceptionem. in principio. vbi eſt textus.ſingularis.ff.de conditione indebiti.non dicetur bene conuerſum in ſuam vtilitatem. Ideo iuuatur velleiano contra mutuantem et conſequetur liberationem cum iactura mutuantis ſecundum Angelum areti. in dicto §. item ſi.columna decimaquinta.

¶Decimonono ceſſat ſi minor filiofami.minori pecuniam mutuam numeret.l.tertia.§.finali.ff.ad macedonia. quia priuilegiatus non vtitur priuilegio contra eque priuilegiatuz. lege verum.§.finali.ff. de mino.et nota.in auten.quas actiones.C. de ſacroſanctis eccleſijs. tamen textus in dicta l.tertia.§.finali.non ſe fundat in ratione priuilegij ſed in iuſta ignorantia minoris. ¶Ultimo non habebit locum exceptio macedoniani in foro conſcientie per not.dictum Innocen. in capi. quia pleriq;.ad fi. de immu. eccle.volentis quod ſi filiusfa. acceperit pecuniam mutuam quam cõſumpſit in bonos vſus:vel creditor re vera mutuauit in neceſſitatem filijf. qđ licet habeat exceptionẽ macedoniani tamen ſi illã opponat peccat mortaliter:qđ dictũ refert ⁊ ſequit Iaſ.in.d.l. qui exceptionẽ.in prin. Et licet Lud. Ro. voluerit contrariũ.in.l. ſequitur.



UVA. BHSC. IyR_228_4

§.ſiviã.ff.de vſuca.dicẽs ꝙ lex ciuilis ſtatuens aliquid ratione preſumpti delicti qđ non videatur equuʒ eſt ſeruanda in foro conſciẽtie vt in macedoniano: q preſumit creditoꝛ ſuadere filio vt patrẽ interficiat. et Ludo. Ro. refert Pet. de vbal.in repe.c.ſi diligenti.col.xj.de preſcrip. Attamẽ ſaluarem Ludo.ro.quãdo creditoꝛ fuiſſet in dolo vel culpa alr̃s adherenduʒ eſſet not.et miroꝛ ꝙ de predictis Jaſ. non meminerit faciunt que dixi ſupra.verſi.preceđ.in materia non numerate pecunie. Anto.de tremo.

a ¶ Preſcriptiones ⁊ vſucapiões.ſunt peremptorie. Lʒ Ang.are.i.§.appellãtur.col.xxxvij.ver.qđ de exceptiõe preſcriptiõis velit ꝙ exceptio pſcriptionis dicat̃ dilatoria vł peremptoria ex forma eã ꝑponendi vt ſi opponat̃ ad ꝓceſſuʒ dicẽdo nõ potes agere vel nõ es audiẽdꝰ q pſcripſi ⁊ tũc dicat̃ dilatoria. Si aũt a merita ⁊ iuſtitiã cauſe puta dico me debere abſolui vel nõ teneri ad petita. q preſcripſi: ⁊ tunc dicatur peremptoria. ¶ Ego tamẽ hoc non puto verum: qm̃ immo omni caſu eſt peremptoria: vt dicit autoꝛ iſte. Nec poteſt primo caſu dici dilatoria cum negotium principale ne differat ſed potius perimat et per eam reus litem proꝛſus inficiatur contra naturã dilatoriarum: vt eſt text.in.l.j. in.fi.ff. de excep. bene verum eſt qđ dicto primo caſu bene impedit litis ingreſſuʒ prout vult Barto.in locis per Ange. allegã. Sed ex hoc non ſequitur ꝙ ſit dilatoria non hoc alicubi dicit Bar. ⁊ licet aliј appellent declinatoriam iudiciј attamen nec proprie declinatur iudiciuʒ immo ſuper ipſa exceptione lis conteſtatur ⁊ diffinitiua fertur: et ſic ſolum iudicium abbreuiatur.

¶ Circa hanc materiam exceptionis preſcriptionis quanta ⁊ quam varia dici ⁊ diſputari poſſint nemo eſt qui neſciat cum pleriꝗ doctores magna etiã de ea ediderint cõmentaria: verũ

gñaliter preſcriptiões a ⁊ vſucapiones ſunt peréptorie exceptionis.

ad practicam magis neceſſaria ⁊ vulgatiora pauca tangendo ponam que ſit differentia inter iura canonica et ciuilia circa requiſita in preſcriptionibus. ¶ Imprimis dico quod circa vſucapionem et preſcriptionem longi tẽporis rerum corporalium et prophanarum inter laicos ſiue cõtra priuatuʒ non eſt differentia inter ius canonicum ⁊ ciuile quoniam vtroꝗ iure requirit̃ titulus verꝰ vel putatiuus cum ꝓbabili errore facti ⁊ bona fides et curſus triẽniј in mobilibꝰ ⁊ decẽniј in immobilibꝰ inter preſentes ⁊.xx.an. inter abſentes ꝑ tex.i.l.nullo.C.đ rei vẽ. ⁊.l.celſus cũ ibi nota. ff.de vſuca.l.ij. ⁊.l.diutina ⁊.l.ſuꝑ longi.C.de pſcrip. lon.tẽ.que iura habentur in.§.põt et alr̃ ſub.c.placuit.xvj.qõ.iij.hoc tñ ſaluo ꝙ de iure ciuili ſufficit a principio adeſſe bonã fidẽ tẽpoꝛe traditiõis nec ſuperueniens mala fides preſcriptionẽ interrũpit.l.j.§.hoc tantum modo C.de vſuc.transfoꝛ. ⁊.l.ſequit̃.§.de illo ff.de vſuca. Sed iure cano.oportet omni tempoꝛe adeſſe bonã fidem vſꝗ ad cõſummatã preſcriptionẽ: oportet em̃ vt qui preſcribit in nulla tempoꝛis parte conſcientiam habeat rei aliene dicit text.in.c.fi.de preſcrip. ⁊ ibi glo. et doc. ⁊ gloſ. Dy. ⁊ Jo.an.in.c.poſſeſſoꝛ.de reg.iur.in.vj. ¶ Et quia in hoc articulo agitur de peccato.ſtabimus iuri canoni.vt.đ.c.poſſeſſoꝛ. notatur. ¶ Ex tali autem preſcriptione cum titulo et bona fidẽ acquiritur preſcribenti dominium rei videlʒ per vſucapionem directum.l.iij.ff.de vſuca.et inſti.eo.in princip.per preſciptioneʒ vero longi tempoꝛis vtile per quod preſcribẽs cõſequitur exceptionẽ contra antiquũ dñm agẽtem ⁊ ſi a poſſeſſione cecidit conſequit̃ actionẽ contra eundem ⁊ quẽlibet alium.l.ſi quis emptionis in prin.vbi glo. Cy. Bald. ⁊ Saly.C.de preſcrip.xxx.ann. Et ſic vbi quis habet titulũ licet iniuſtum puta q emit a nõ dño quem credebat

UVA. BHSC. IyR_228_4

dominiū articulando de ipſo titulo et bona fide ⁊ poſſeſſione dicto tpe cōtinuata obtinebit. Sed vbi non habet titulū confugiendū eſt ad preſcriptionē.xxx.vel.xl.annorum.in preſcriptione igitur.xxx.vel.xl.an in qua nō requirit titulus eſt bene differētia inter ius cano.⁊ ciuile: q: iure ciuili precedit et cū bona fide ⁊ cū mala: nec requntur niſi poſſeſſio cum tranſcurſu dicti temporis: quia tanto tempore omnis actio tollitur.l.ſi cui.l. omnes ⁊.l.cum notiſſimi. C.de preſcrip.xxx. annorū.veruntamen vbi eſſet bone fidei poſſeſſor preſcriberet dominiū ſaltim vtile per quod cōſequitur nedum exceptionē cōtra antiquū dñm agētē verum etiā ſi a poſſeſſione cadat paratur ſibi actio ad rem vēdicandā cōtra quēlibet tertiū poſſeſſorē: licet nō contra antiquū dñm. Sz qñ eſt malefidei poſſeſſor non acqrit aliquod dominiū ſed ſolū ius excipiēdi cōtra antiquū dñm Sed ſi cadat a poſſeſſione nullā habet actionē ad rē vendicandū nec contra dominū antiquum nec contra tertiū vt eſt tex. ſingularis ſcdm Bar.in.d.l.ſi quis emptionis.§.j. iuncta glo.in ver.cū qua tranſeūt ibi Cy. Bar.Bal.Ang.⁊ Saly. ¶ Sed iure canonico nulla preſcriptio cuiuſcunq tpis procedit cum mala fide.c.vigilāti.⁊.c.fi.de preſcrip.⁊.d.c.poſſeſſor. Et quia vt dixi hoc etiam caſu agitur de peccato ſtabimus iuri cano. Et ſic cōcluſio erit q vtroq iure cū bona fide ſine titulo procedit preſcriptio.xxx. an. In rebus corporalibus ⁊ pphanis ⁊ vbi priuatus preſcribit cōtra priuatum: vel eccleſia contra priuatum. Si vero priuatus preſcriberet contra eccleſiam vel eccleſia contra eccleſiam tunc requiritur ſpacium.xl. annorum fauore eccleſie: nec tunc requiritur titulus ſed ſufficit bonafides cum poſſeſſione dicti temporis per textum in c.de quarta.c.ad aures ⁊.c.ſi diligenti.vbi glo.⁊ docto.de preſcrip.et in.c. primo.vbi gloſ.archi. Joan. andr.et gemi.eodem titulo libro ſexto.⁊ quo ad hoc ius ciuile eſt imitatuz ſed quo ad preſcribendum longo tempore inter priuatos et quando eccleſia contra priuatum iura ciuilia ſunt incorrecta vt volunt expreſſe Gemi.⁊ Phili.Fran.in dicto capitulo.j. Innocen. Pa.in.c.de quarta.col.iiij.verſicu.ſed quantum ad principalem articulū cōcludit q in hac preſcriptione inducēda nulla eſt differentia inter ius canonicum et ciuile preter illam q: ius ciuile admittit eā cū mala fide quā ius canonicum damnat in tranſcurſu autem temporis ſecundum eum non eſt differentia: quia iura canonica nō exigunt tempus.xl.annorum niſi quando eccleſia preſcribit contra eccleſiaz vel priuatus contra eccleſiam qđ etiā eſt iure ciuili ſtatutum in auten.quas actiones.C.de ſa.ſan.eccle.⁊ in eccleſia romana centum annorum: vt ibi ⁊ c.cum nobis de preſcrip. ¶ Priuatus autem contra priuatum ⁊ eccleſia cōtra priuatum bene preſcribunt minori tempore ſicut eſt a iure ciuili diffinitū ſecundum eum.⁊ ſequitur Bartolo.cepo.in trac.ſerui.v:.predi.c.xxiiij. colū.iij. ¶ Circa titulum etiam nulla eſt differētia īter dicta iura quia neutro iure eſt neceſſarius in hac preſcriptione quoniam etiam laicus rem tēporalem eccleſie ſpacio.xl. annorum cū bona fide preſcribit ſine titulo vt tenēt expreſſe glo.in.c.fi.de preſcrip. li.vj.⁊ in.c.facultates in ver. quadraginta annorū.xiij.q.ij. ¶ Quod ſane intelligas niſi ius cōmune reſiſteret preſcribenti vel eſſet iuris preſumptio contra eum quo caſu requiritur titulus vel tanti temporis poſſeſſio de cuius initio memoria non exiſtat iſte eſt textus in.d.c.j. de preſciptio. in.vj. ¶ Tantum enim tempus cuius initij non exiſtit memoria habetur loco tituli legitime conſtituti.l. hoc iure.§.ductus aque.ff.de aqua quotidia.et eſtiua. Et eo tempore acquiruntur etiam ea que non poſſunt competere niſi priuilegio vt ſunt iuriſditio et regalia: et ſic habet videli



UVA. BHSC. IyR_228_4

priuilegij: vt eſt textus ſingularis in.c.ſuper quibuſdam.§. preterea.de verborum ſignificatio. ſecundū Panor.ibi.ꝛ Ludo.roma.ſingu.ſuo.ij.q.j.incip.nunquid vſus. vnde Inno. et Baldus in.d.c. ſi diligenti. dicebant quod in preſcriptione tanti temporis de cuius initio ꝛc.ſemper preſumitur titulus et bonafides licet nō allegēt. Et hec eſt preſumptio iuris:ꝛ de iure que nō admittit probationē in contrarium niſi quod dictum temp⁹ nō eſt elapſuꝫ. ita nota.tenet Fely.in dicto.c.cum nobis col.iij.ſed premiſſa procedunt data capacitate in poſſidente alias tantū tempus non haberet vim priuilegij nec habilitaret incapacem ideo quantocunqꝫ tempore etiam ſi p mille annos laicus exerceret officiuꝫ ſacerdotis non per hoc conſequeretur titulum nec efficeretur ſacerdos vt dicit Bal.in.l.j.col.ſecūda de emāci.libe.et dicunt cano.in.c.ſecūdo de conceſ. preben. quod quantocunqꝫ tempore laicus exerceat actum collationis beneficiorū ꝙ tamen ius conferendi non preſcribit. Iteꝫ aduertas quod vbi in preſcriptione eſſet neceſſaria ſcientia et patientia illius cōtra quem preſcribitur puta in iuriſditione pedagio ꝛ ſeruitutibus iuxta.l. ſeruitutes in magna.ff.de ſerui.et.l.ſecūda.C.eodem titulo quod hoc caſu trāſcurſus tanti temporis de cuius initio ꝛc.releuant ab onere probandi ſcientiam ꝛ patientiaꝫ prout voluit gloſſa quam ibi Ange. notat in dicto.§.ductus aque.ꝛ tenet Iaſo.in.l.imperiuꝫ colū.ix. verſiculo circa primum poſt doct.ibi per eum adductos.ff. de iuriſdi.omnium iud.ꝛ Fely.in.d.c. cum nobis. colum.j.et.ij. Qualiter autem probari debeat preſcriptio tanti temporis de cuius initio ꝛc.ꝛ qualiter ꝓbetur memoria ſtare tradit glo.ordi.ꝛ not.in.d.c.j.gloſ.fi.de preſcriptio. in vj. Modum autem probādi poſſeſſionē centū annorꝫ ponit glo.reputata ſingularis.

¶Item aduerte circa modum articulandi et probādi poſſeſſionem in preſcriptionibus ꝙ oportet articulari et probari de tempore completo ante litem conteſtatam alias ſi teſtes ſimpliciter deponerēt poſt litem conteſtatam quod poſſediſti per decem vel viginti annos intelligeretur a die redditi teſtimonij ſeu iuramenti preſtiti:et ſic includeret tempus poſt litem conteſtataꝫ per quam fuit interrupta preſcriptio et per conſequens non remaneret ꝓbata preſcriptio:iſta eſt nota.doctri.Barto.in.l. celſus.colum.fi.ff.de vſuca.et probatur in.l.in vſucapionibus eodem titulo.ꝛ idē tenet Barto. et docto. in.l.ſi poſt acceptum per illum textum de rei vendi.ff.et in.l.nec bona.C.de preſcrip.lon.temp.ꝛ Baldus ꝛ Angelus in.l.ſuper longi.eodem titulo.et idem vult Baldus in.l.fi.in.xv.oppo.C.de edic. diui adri.tol.dicēs quod teſtes deponentes ſuper preſcriptione debēt aſſerere tempus eſſe completum. Item adde quod ille qui legitime preſcripſit puta cum bonafide et titulo vbi eſt neceſſarius cū id faciat lege ciuili et canonica permittentibus et approbantibus quod non peccat:quia qui legis autoritate preſertim canonis peccat peccare nō dicitur.c.qui peccat. xxiij. queſtione quarta.l.graccus.C.ad legem iuliaꝫ de adulterijs. Et ideo erit tutus preſcribens nec in foro conſciētie tenebitur ad reſtitutionem cum alienuꝫ non poſſideat: alienum eniꝫ dici non poteſt quod iure poſſidetur in capitulo quid dicam.xiij. queſtione quarta. Et ita tenet Angelus de cla.in ſumma in ver. p̄ſcriptio.§.xlvj. incipien. vtrum tutus dicens ita tenere ſco.in.iiij.ſenten. diſtinctiōe.xv. et tenent roma.in repe.rubr.de arbi.colūna ſecūda.ꝛ Jo.fabri inſti.de vſuca.in prin. Et conſequēter quia denūtiatio euangelica non habet locū niſi ratione peccati.c.nouit de iudi.cōtra illū qui legitime preſcripſit nō pōt haberi recurſus ad eccleſiam per denuntiationē euangelicam cū non peccet.

UVA. BHSC. IyR_228_4

Quod vtrūq; ſane intelligas in pre-
ſcriptione reali per quam dominium
eradicatur a primo domino et attri-
buitur preſcribenti per legem at qui
natura.§. cum me abſente. ff. de neg.
geſt. Sed ſecus in preſcriptione actio
nis perſonalis ſiue debiti per quam
preſcriptionem non tollitur natura-
lis:ita nota. voluit Bal.in auten.ad
hec.colum. verſicu. item dubitatur.
de debito.C.de vſu. dicens ita cōmu-
niter tenere docto.ꝛ procedit maxime
attēta communi opinione que habet
qḋ actioni perſonali nō poteſt preſcri
bi propter malā fidē cū ſciat vel ſcire
debeat ſe debitorem prout nota per
glo. Innocen.et communiter canoni
ſtas in.c. fina. de preſcriptionibus.

¶Quo vero ad preſcriptionem ſerui-
tutum inducendam ſeruanda eſt in
vtroq; foro canonico et ciuili diſtin-
ctio poſita in dicta.l.ſeruitutes i ma-
gna.in prin. vz inter ſeruitutes ha-
bentes cauſam continuam ſeu quaſi:
id eſt non requirentes ſemper factū
hominis continuum vt eſt ſeruitus
aqueductus et ſtillicidij quibus pre-
ſcribitur ſpacio decem annorū inter
preſentes ꝛ.xx.inter abſentes exēplo
rerum corporalium immobiliū etiā
ſine titulo lege ſecunda. vbi gloſſa et
docto.C.de ſerui. ꝛ aqua. et.l. ſi quis
diuturno.in princip.ff.ſi ſer.ven. niſi
aqua duceretur de publico quo caſu
requireretur tantum tempus de cu-
ius initio non eſſet memoria in con-
trarium.l. vſum aque. vbi Bartolus
de aqueduc.lib.xi.C. Et inter haben-
tes cauſam diſcōtinuam:id eſt requi-
rentes ſemper factum hominis vten-
tis puta ſeruitus itineris ꝛ vie quibꝰ
b ¶ Ante litē cō. lꝫ exceptio dubia de qua in.d.l.ſufficit dubietate pēdēre quo ad cōditionē indebiti ſoluti ſit cenſenda perēptoria et perpetua vt ibi. Attamen quia ſui natura eſt dilatoria ſolutionis vt in exemplis ibi poſitis in gl. ideo de ea an ſit opponenda ante litē cōteſ. vel nō et de effectu dic vt de dilatoria ſolutiōis plene dixi.ſ.ti.de impe.et excep.ꝯtra reſcri. e dele.iud.opp.℣. diſtende tñ

c ¶.§.fi. iſtis iuribꝰ puniť mēdaciū de quo late vide q̄ ſcripſi.ſ.tit.q̄ mo.ſuo no.agē.ciui.℣.itē deludent agētes. ⁊ ſeq. Ant.de tre.

d ¶ Puto ꝯtrariū. ⁊ bn̄ facit qd̄ ſcripſi.ſ.e.ti.℣.⁊ regľr.ad fi. magne add. vꝫ ꝙ ēt ſi qs oppoſuerit vnā de īpedientibꝰ litis cōte.⁊ in ea ſuccuberit nihilominus tn̄ poſt litē cōte. iterū pōt illā opponere ꝓbare multofoꝛt ius ſi nōdūꝫ fuerit oppoſita. Antonius de tre.

e ¶ Cōtrarius. parū eſt de hac elegātia curādum cum reus pluribꝰ exceptionibꝰ nedū diuerſis ſꝫ etiā cōtrarijs vti nō ꝓhibeatur p tex.gl.⁊ doc. in.l.nemo ꝓhibet. ff.de exce. tex.gl.⁊ ſcrib. in.c.nullus pluribus.de re.iu. libro.vj. Sicuti et actor replicando pōt vti contrarijs allegationibꝰ.ſm Bar.⁊ alios in.d.l.nemo. Intelligētes dūmō ipi excipiētis ⁊ replicāti in cib[illegible] neceſſitas ꝓbādi ꝯtrāq. al's ſecus. qd̄ dicvt p eos Secꝰ aūt i actore q̄ ꝯtrarias actōes nō pt intētare. vt.ſ.ti.q. mo.ſuo no.ciui.agē.℣.ſiľr repellūt ꝯ ponētes. ⁊ ibi dixi ¶ Rubr. de excep.⁊ bn̄fi.q̄ poſt diffini. ſenten.oppo.

f ¶ Diffinitiuā ſen

UVA. BHSC. IyR_228_4

tentiam opponi.

4 Sniam pretextu falſorū teſtiū vel inſtrumentoruꝫ annullari poſſe qualiter ſit intelligendum.

5 Exceptio pacti de nō petēdo quibus prodeſſe poſſit ⁊ quibus nō: et contra quos poſſit opponi.

Poſt ſniam vero opponi pñt infraſcripte exceptiōes † ſcilicet exceptio macedoniani [a] et velleiani [b]

tentiā. intellige etiaꝫ de diffinitiua q̄ in rem trāſiuit iudicatā: q2 ſi eſſet appellatione ſuſpēſa quelibet exceptio perēptoria poſſet opponi: vt. ṡ. ti. pri. ver. ⁊ regulariter dico. Sꝫ iſte pñt opponi etiā poſt diffinitiuā in rē iudicatā tranſactā. Et ſi dicis q̄ poſt diffinitiuā in rē iudicatā tranſactā nil vltra ꝓgrediū eſt cū faciat de nō ente ens ⁊ verū mutet in falſuꝫ. ⁊ nō admittat probationē in ꝯtrariū vt dixi. ṡ. tit. pri. ver. perēptorie. in ver. i rei iudi. ad hoc reſpondeo q̄ iſte exceptiones vel non impugnant ſniam nec ei ſunt cōtrarie ſed eā ſecū compatiuntur ⁊ merito poſt executionē moderando ſententiam opponunt̃. Exceptio eīm que ſentētiā nō impugnat poſt ſententiam opponi pōt in executione. tex. eſt in. l. ſi fideiuſſores. i id. §. fi. ⁊ ibi Bar. ff. de fideiuſſo. ⁊ dicet̃ ſtatim vel in illis eſt ſpeciale ꝓpter odiū vel priuilegiū: vel oriūtur aut renouātur in ipſa ſnia: vt latius in ſequentibus dicā: ⁊ ideo cōtra naturā perēptoriarū opponi pñt poſt ſniaꝫ etiā in rē iudicatā tranſactam. Et aduerte diligenter q̄d vbicunq̄ exceptio peremptoria poteſt opponi poſt ſniam in rē iudicatā tranſactā q̄ etiā poterit opponi poſt quadrimeſtre: quod datur condēnatis ante factam ſatiſfactionem. gloſ. eſt mirabilis ſm Bart. ibi. l. ab executione. i. ver. excedat. C. quo. ap. non reci. et illam dicit ſingulareꝫ Iaſ. in. l. j. col. pe. C. de iu. ⁊ fac. igno. ⁊ ante eum Ang. are. in. §. appellant̃. col. x. inſti. de excep. Anto. de tre.

a ¶ Macedoniani. in iſta exceptione eſt ſpāle odio creditoris agentes ſm Bart. in. l. j. col. ij. C. de iur. ⁊ fac. igno. per ea q̄ notā. in. l. tñ. ſi hic alleg. vbi iſtud idē voluit Bart. ex q̄ īferūt moder. ſcrib ētes. in. d. l. j. q̄ oīs exceptiō inducta principaliter in odiū creditoris agentis opponi pōt poſt ſentētiā exemplificātes in exceptione bāni ſiue. tu es bānitus ⁊c. cum ſit inducta in odiū bāniti poterit opponi poſt ſniam vt voluerūt expreſſe Bar. Bal. et alij in. l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de ꝯdi. inde. Itē in exceptione excōmunicationis inducta in odiuꝫ excommunicati que eſt poterit opponi poſt ſententiaꝫ de qua dixi in ti. qui. mo. ſuo nomi. ciui. agen. ver. itē agere impeditur. in ver. et excommunicatus.

a ¶ Velleiani. huius exceptionis q̄ opponi poſſit poſt ſententiam ratio eſſe pōt ſm Bart. in. l. j. C. de iur. ⁊ fac. igno. cū quo ibi tranſeunt ſcriben. q2 talis exceptio oritur ſeu ſaltim renouatur in ipſa ſentētia eo q̄ mulier cōdēnata non oppoſita exceptione velleiani videtur de nouo intercedere merito cum renouetur in ipſa ſententia poterit poſt ipſam ſententiam opponi. per text. in. l. ⁊ poſt rem. §. j. ff. de tranſ. ⁊ iſtud idem ſentit Barto. in. d. l. tametſi. dicens in velleiano eſſe rationem: q2 in propria litigatione mulieris itercessio eſt ꝑ tex. i. l. ſi mulier. in iure. ff. ad velleia. Ange. tamē are. in. §. appellantur. in. v. colum. ſentit aliam rationem q̄ velleianum eſt beneficium principaliter inductū in fauorē perſone propter fragilitatē ſexꝰ. Ex quo infert gñaliter q̄ qñ executio fieret cōtra beneficiū inductū principaliter in fauorē perſone ꝓpter fragilitatē ſexus vel aliā q̄ tūc perēptoria poterit opponi poſt ſniam vt ibi per eum. Ex quibus duabus rationibus colligere potes duas regulas in has materia. Anto. de tremo.



UVA. BHSC. IyR_228_4

a ¶Et bñficiũ.qꝛ Bar.in.l.miles.in
ꝓn.ff.de re iud.in ſuo ſummario etiã
appellat bñficiũ.Iaſ.ibi eũ repḣẽdit
dicens debere dici priuilegiũ nõ bñfi
ciũ ꝑ ea q̄ ipſemet Bart.tradit.in.l.j.
in vlt.col.q.añpe.
C.de iur.⁊ fac.ign. a et bñficiũ qđ habẽt mariti ⁊ do=
vcȝ ꝙ priuilegiuȝ
eſt ꝯ ius cõe ⁊ beneficiũ preter puta ſi
imperator cõcedat alicui caſtrũ dicet̃
bñficiũ.Sed nõ aduertit forte ꝙ iu=
riſconſultus etiã appellat bñficiũ.ff.
ſo.ma.Itẽ nõne dicim⁹ bñficiũ ſena=
tuſcõ.velleiani ⁊ bñficiũ macedonia=
ni hic etiã ſunt ꝯ ius cõe.¶Bñ fateor
qđ ſtricto ſumpto vocabulo recti⁹ di=
ceret̃ priuilegiũ.ſed largo ſumpto vo
cabulo cũ iurecõſulto autore iſto.et
Bar.vbi.ſ̃.nõ inepte dici poterit bñfi
ciũ.⁊ qꝛ Barto.vtroq̧ vocabulo vſus
eſt in.d.l.miles nos eius veſtigia nõ
aſpernati ꝓmiſcue vtemur.¶Sȝ ad
rẽ veniẽdo rõ q̄re hmõi exceptio nõ te
neor vltra ꝗ̄ facere poſſũ opponi poſ=
ſit poſt ſniam eſt qm̄ talis exceptio nõ
impugnat ſniam ſed eã ſecum cõpati
tur executionem illius ſolum mode=
rãdo.Modo extat regula tradita per
Bart.in.l.ſi fideiuſſores.in.d.§.fin.ff.
de fideiuſ.per illum tex.⁊ in.l.ex di=
uerſo.§.fi.per illũ tex.ff.ſol.ma.⁊ in.l.
neſennius.§.fi.etiã per illuȝ tex.ff.de
re iu.⁊ in.d.l.j.col.j.vbi per Moder.
C.de iu.⁊ fac.ig.ꝙ exceptio que ſentẽ=
tiã nõ impugnat ſed ſolũ executioneȝ
alterat vel moderat̃ põt opponi poſt
ſniam.¶Ex qua regula inferunt doc.
in locis prealleg.⁊ alibi ſepe.ꝙ heres
cõdẽnatus ad integra legata poterit
poſt ſniam in executiõe opponere ex=
ceptionem inuentarij legitime confe=
cti vt non exigatur vltra vires heredi
tarias iuxta.l.ſcimus.§.⁊ ſi prefatã.
C.de iu.deli.prout expreſſe tenuit in
d.l.neſennius.§.fina.⁊ in.d.l.ex diuer
ſo.§.fina.vbi etiam Bal.Ange.⁊ mo=
der.⁊ idẽ Bar.in.l.peñ.per illum tex.
ff.de cõfeſ.lȝ Alex.ibi in addi.ad Bar
to.dicat de hoc nõ reperiri tex.⁊ Bar.
etiam ſequunt̃ Bal.⁊ moder.in.d.l.j.

¶Scđo inferũt ꝙ ſi in actõie rei vẽdi
cationis fuerit contra me lata ſnia in
eius executione potero opponere ex=
ceptionem deductionis expẽſarũ per
me bona fide factarũ in re vendicata
vt voluit pater pra
ctice Guil.duran.
in Spe.in ti.de ex
ce.§.d.ver.ſed pone edificaui.⁊ Bar.
in.l.in fundo.col.fi.ver.videamus er=
go.ff.de rei vẽ.⁊ ſequunt̃ moder.in.d.
l.j.vbi etiam tertio inferũt ꝙ exceptio
cõpẽſationis cũ ſniam nõ impugnet:
ſed ſe cõpatiat̃ cũ illa poterit opponi
poſt ſniam in executione ꝑ tex.in.l.ij.
vbi Bal.no.C.de cõpẽ.idẽ Bald.in.l.
peremptorias.C.ſen.reſcin.non poſ.
Pau.de ca.⁊ ceteri.i.d.l.j.⁊ Ange.are.
in.§.appellant̃.colũ.xix.inſti.de exce.
Itẽ ⁊ vltimo infert̃ ꝙ ſtãte ſtatuto ꝙ
cõtra inſtrm̃ nõ poſſit opponi aliqua
exceptio vt plereq̧ curie hñt ex priui=
legio principis ꝙ tñ bñ poterit oppo
ni exceptio q̄ nõ tẽdit ꝯtra inſtrȝ: ſed
ſolũ illud moderat̃ vel limitat prout
ab expreſſo voluit Bart.in.l.ſi fili⁹.ff.
qđ cũ eo.q̄ in alie.po.eſt:dicens inſpi
ciẽda verba ſtatuti an ꝓhibeãt oppo
ni ꝯtra inſtrumẽtũ an ꝯtra ei⁹ execu=
tionẽ vt hoc vltimo caſu nil poſſit op
poni.Predicta oĩa ſunt ſane intelligẽ
da niſi iudex añ ſniaȝ de tali exceptio
ne cognouiſſet ⁊ eã repuliſſet.qꝛ tũc
poſt ſniam ampli⁹ opponi nõ poſſet
ꝑ tex.in.l.qđ in diẽ.§.fi.ff.de cõpẽ.ſm
Bar.Bal.⁊ doc.ſignãter Alex.in.d.l.
ex diuerſo.§.fi.poſt gl.i.d.l.neſenni⁹.
§.fi.⁊ iura ꝑ eos alle.Scđo intellige
niſi iudex ſtatuiſſet ante ſniam termi
nũ ad opponẽdũ oẽs exceptiones di=
latorias perẽptorias ⁊ anormalas:vt
voluit Bald.in.l.ab executione.colũ.
pe.C.quo.ap.non reci.⁊ ſequit̃ Alex.
in.d.l.ex diuerſo.§.fi.col.ij.dicẽs iſtaȝ
Bald.limitationem eſſe ſingularem.
¶Aduerte etiam ꝙ lȝ hmõi exceptio
non teneor vltra ꝗ̄ facere poſſum op=
poni poſſit poſt ſniam nõ tñ ꝓpterea
eſt peremptoria ⁊ perpetua ſȝ eſt dila
toria ⁊ tpalis ſm glo.ordinariã.l.d.§.

UVA. BHSC. IyR_228_4

appellant. in ver. agẽtib⁹. in fi. quam ita appellat Jaſ. in. d. l. j. col. pe. ⁊ glo. ⁊ Bar. in. l. iij. ff. de exce. ⁊ Bar. ⁊ doct. in. d. l. ex diuerſo. §. fi. ⁊ idem Bart. in l. qđ nomine. ff. de condi. inde. ⁊ lʒ ita trãſeat Jaſ. in. d. l. j. attamen doct. an a ti. ⁊ Alex. de imol. pe. beſ. ⁊ idẽ Jaſ. in. l. inter eos. in fi. ff. de re iudi. aliter dicunt videlicet ꝙ cum iſta exceptio non impediat litis ingreſſum ſicuti nec regulariter perẽptorie c. j. de litis cõte. lib. vj. Itẽ cũ opponat̃ poſt litem cõteſt. ⁊ poſt ſententiã qđ nõ procedit in dilatorijs q̃ poſt litẽ cõteſt. non opponunt̃. l. ita demũ. C. de ꝓcura. certe quo ad ꝓceſſum dicet̃ peremptoria. Dicet̃ etiã dilatoria ⁊ tẽporalis reſpectu ſolutionis ⁊ executiõis: q2 differt ſolutionem integrã quoad peruenerit ad pinguiorem fortunam. l. vna. §. cum autem. C. de rei vxo. act. item ſecundo dicetur dilatoria reſpectu conditionis indebiti ſoluti que ex hac cauſa non competit. l. nam et ſi maritus. ff. de conditio. inde. que bene cõpeteret ſi eſſet perẽptoria ⁊ perpetua cũ ſit fauorabilis per tex. in. l. qui exceptionem eodem titu. Anto. de tremo. a ¶ Et ceteri. tu aduerte diligẽter ꝙ regulariter oĩs cõdẽnatus exiſtẽs nõ ſoluẽdo põt incarcerari donec debitũ ſoluerit facta tamen prius excuſſione iuxta. l. a diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudi. ⁊ nõ prius: vt eſt gl. ſingularis i. l. iij. §. tutores. ff. de ſuſpec. tu. quam dicit reputari ſingularẽ Imol. Alex. ⁊ Jaſ. in. d. §. in vẽditione. in qua excuſſione cõprehẽdi debẽt bona fideiuſſoris: vt eſt tex. ſingularis. in. l. ſi plures. §. preterea. in. ij. quẽ Bart. ibi dicit no. ff. de fideiuſſo. ⁊ illum cũ ſua glo. j. dicit nõ inueniri alibi Bal. in. l. mulier. C. de iur. do. ⁊ illum dicit ſingularez Alex. in addi. ad Bar. in. d. §. tutores. nec a carcerib⁹ liberatur niſi bonis cedendo. l. j. C. qui bon. ce. poſ. vſq3 adeo ꝙ non eſt ei relinquendus vnus denari⁹ ſed eſt excutiẽd⁹ vſq3

natores ⁊ ceteri⁹ qui nõ p̃nt ex iudicato inſolidũ cõueniri: ſʒ q̃ten⁹

ad ſacculũ ⁊ perã. ſm glo. in. l. pe. ff. de ceſ. bo. ⁊ glo. in. l. fi. §. fi. ff. de his q̃ in fran. cred. licet veſtes viles et attrite ſint cedenti relinquende ne ſit carne nudus exẽplo dãnatorum ad mortez quib⁹ pãni relinquunt̃. l. diu⁹. ff. de bo. dã. ſm Dy. Pe. ⁊ Bart. in. d. l. peñ. Jo. fa. Joã de pla. Ange. ⁊ Jaſ. in. §. fi. inſti. de acti. Niſi eſſet debitor ex delicto qui incarcerat⁹ cedẽdo nõ liberat̃ ſed ſi nõ habet in ere luit in corpore. l. j. §. gñaliter. ff. de peñ. ⁊. l. ſi q̃s id qđ. ff. de iu. om. iu. cũ in delictis non habeat locũ ceſſio. glo. in. c. peccatuʒ. de reg. iur. lib. vj. Jnñ. ⁊ doc. in. c. odoardus de ſolu. Bal. ⁊ moder. i. d. l. ſi quis id quod. Quod procedit reſpectu fiſci quia reſpectu partis leſe nũq3 conuerteretur pena pecuniaria in corporalem niſi creditor conſentiret. l. fin. vbi Bal. ⁊ doct. ff. de in ius vocã. quo caſu ſi paſſus in corpus deueniret ad pinguiorem fortunam non teneretur: vt eſt tex. no. in. l. ſed ſi vnus. §. ſi ante iudicem. ff. de iniur. quam dicit nota. Bal. in. d. l. fi. ⁊ tenet glo. in. c. ſicut dignum. §. eos. de homi. et in. d. c. peccatum. ¶ Licet ergo debitor ex cõtractu incarceratus nõ liberetur niſi cedat bonis regulariter. Sunt tamen perſone alique que de iure ex priuilegio nõ tenentur cedere bonis ſed nec exigi poſſunt niſi quatenus habent in bonis deducto etiã ne egeant: de quib⁹ loquitur autor iſte.

¶ Enumerantur autem in iurib⁹ hic allegatis ex ordine perſone ſequentes primo ſocius et ſi eſt ſocius oĩum bonorum habet hoc priuilegium ex quocunq3 contractu conueniatur ⁊ ex quacunq3 actione. Si vero eſt ſocius alicuius rei vel negotiationis tantuʒ in illa tantum gaudebit priuilegio ſecundum Albe. de ro. ⁊ Jaſ. poſt anti. docto. in. l. ſunt qui. hic alleg. ſic concordantes illum text. cum. l. verum. in princ. ff. pro ſoci. licet alij communiter aliter dicant. ¶ Secunda per

ſona eſt patron⁹ patrona ⁊ liberi eorum quod intellige etiam ſi patron⁹ amiſerit ius patronat⁹ per renūtiationē ex ſpontanea volūtate factaȝ qꝛ cū hoc priuilegium detur ratione reuerētie.l.alia cauſa.§.j.ff. ſolu.ma. Et per ſpontaneā remiſſionem iuris patronatus nō perdat ius reuerentiale: vt eſt tex.no.in.l. fi.§.fi.C. de bo.li. nō tolletur hoc priuilegiū ſm Imo.Alex. ⁊ Iaſ.in.d.l. patronus. faciūt q̄ eccleſie exempla habent per moder.in.d.l. alia.§.j. Tertia perſona erit parētes etiā ſi filij eſſent milites argu.eorum que voluit gl.reputata ſingularis.in l.cogi.§.ſi pater.in ver. ꝯtra obſequiū ff.ad treb.quam dicūt ibi ſing. My.de nea.⁊ Alex.de qua dixi.in ti. qui.mo. ſuo no.ci.agē.ver.itē nō audit.in ver. litigare.Quarta marit⁹ qui ab vxore nō pōt exigi.vltra q̄ facere poſſit iuribus hic alle.⁊ in.§.itē ſi de dote.iſti. de act.Et aduerte qꝛ nedū hȝ marit⁹ hoc priuilegiū in actione de dote verūetiā in omni actiōe ex quocūq̧ contractu vel quaſi cōſtāte matrimonio inito. vt eſt tex. in.l.nō tantū.ff.de re iud.Et hoc ſiue cōueniat durāte matrimonio ſiue eo ſoluto ſm cōiter doc. cōtra glo.ibi ⁊ ſm Bart. ⁊ doc.in.d.l. maritū.lȝ cōtrariū etiā teneat gl.in.l. ſi vxor marito ff.de dona.inter vi. et vxo.Item aduerte quia eodē priuilegio gaudet vxor cōuenta a viro ex natura correlatiuorū vt eſt tex.in.d.l.nō tantum in fi.⁊ ibi per rap.cu. ⁊ mod. ⁊ in.l.ex diuerſo. in prin.ff. ſo.ma. regulariter enim diſpoſitum in viro hȝ locum in vxore ratione correlationis per tex.in.l.fi.in ver.equalāce.C.de di uor.per quē dicit ibi Bal.q̧ vir ⁊ vxor ad paria iudicātur ad idem.l.fi.⁊ que ibi per moder.C.de indic. vi.tol.Item nedum gaudet hoc priuilegio vir et vxor. verum etiaȝ ſocer vtriuſq̧ id eſt pater viri conuentus ab vxore ſuper dotis reſtitutione et pater vxoris ad dotem conuentuȝ.per textum in.l.ſicut autem cum.l. ſequen.ff.de re iud. Circa quod tamen attende diligēter quia in duobus magis eſt priuilegiatus ſocer vxoris quā ſocer viri patri ipſius vxoris.Primo quia ſocer vxoris pater viri vtitur hoc beneficio et quocunq̧ contractu ab vxore conueniatur nedum actione de dote verum etiam alia ⁊ ad aliud quam ad dote; ſed pater vxoris ſolum quando conuenitur actiōe de dote: iſte eſt textus ſingularis in dicta.l.ſicut autem.cū l. ſequen. incip. ſed hoc ita in verſ. dos expromiſſa petatur quem dicit ſingularem rap.cu.in.d.l.ex diuerſo. in princi.et ibi Alex.in.vi.colū.⁊ Iaſ. in.d.l.ſicut rationem aſſignans quia vxor eſt magis ſubdita in reuerentia ſocero patri viri quā ecōuerſo vir ſuo ſocero cuȝ ſocer vxoris ſit loco patris. l.quia parentis cum l.ſequen.ff.ſoluto matrimonio. Secundo quia ſocer vxoris gaudet hoc beneficio etiam ſoluto matrimonio ſed ſocer mariti tantum ſi conueniatur ad dotem conſtante matrimonio non eo ſoluto vt dicit tex.in.d.l.ſed hoc ita.⁊ eſt ratio diuerſitatis quoniam ſicut ſolu.matrimonio ⁊ affinitate ſublata amoris vinculum ita priuilegū decreſcit beneficiū vt dicit ibidem glo.in ver.ſuccurrendum quam reputat ſingularem Bal. in.c.literis circa fi. de teſti.⁊ in capi. accedens.in ſecunda colum.vi.vt lit. non conteſt.⁊ Ange.are. in.§.ſocium inſti.de nup.⁊ in.§. ius autem colū.j. inſti.de pa. po. Aduerte tamen quia etiam conſtante matrimonio ſocer viri non gauderet hoc priuilegio ſi dolo induxiſſet generum ad contrahendum ſub ſpe magne dotis ei promiſſe quam ſciebat ſe ſoluere non poſſe:vt eſt textus ſingularis in.l.penultima. ff.de in. dot. quem dixit ſingularem Paulus de caſtro in dicta lege ex diuerſo.in principio.et eum dixit non alibi in iure Iaſ.in dicta lege ſicut autem.et ſic habes hic quatuor perſonas virum vxorem et vtrunq̧ ſocerum.adde idem eſſe in filio communi heredi viri qui gaudet eodem beneficio lege etiam.ff. ſoluto matrimonio.

UVA. BHSC. IyR_228_4

ſecus tamẽ ſi eſſet filiꝰ mariti ex alio matrimonio ſecundum gloſſam in.l. ſi cum procuratore ⁊ in.l. ſciendum. ff.de re iudicata:quas et ſimiles ſequuntur Barto. et docto. ſignanter Alexan.in.d.l.ſi cum ꝓcuratore quã legit cum.§.j.legis precedeñ.Barto. Bald.Angel.⁊ Modernis.in dicta lege etiam.Et ſimiliter non competit hoc beneficium nepotibus vel pronepotibus viri cum ſint ex alio matrimonio ſecundũ Angelũ Imo.Pan. Ludoui.roma.⁊ Alexan.ibidẽ.Multos autem caſus in quibus maritus non vtitur hoc priuilegio vide ꝑ Bartolum ⁊ Moder.ſignanter Alexand. in.d.l.maritum.Quinta perſona enumerata in.d.ll.eſt miles armate militie.⁊ ad idem eſt textus in.l.miles in prin.ff.de re iudicata.⁊ licet gloſſ.et Bart ibi limitent quando contrariſſet in caſtris ſecus ſi vagando:tamen Rap.cu.pe.beſ.⁊ Iaſ.ibi tenent contrarium per illum textum generaliter loquentem bene eſt verum quod illud priuilegium non competeret militibus hodiernis auratis qui nõ ſunt bellatores ſecundum rap.cu.et Iaſ.ibi per illum text.et per nota.per Cynum et alios docto.in lege prima. C.de iur.⁊ fac.igno.et per Alexandrũ late in lege centurio.ff.de vul.et pu.

¶Et quia aduocati qui dirimũt ambigua facta cauſarũ nõ minus prouident humano generi ꝙ qui gladijs clipeis ⁊ thoracibus innituntur dicit elegans tex.in.l.aduocati.de aduo.diuer.iudicio.ideo glo.in.d.l.miles illum tex.extendit ad aduocatũ vt non teneatur vltra ꝙ facere poſſit deducto ne egeat.quam glo.ſequuntur ibi Barto.et moder.ſignanter Alexan.⁊ Iaſ.priuilegia enim conceſſa militibus armate militie extenduntur ad milites inermis.puta doctores vel aduocatos ſm gloſſam et Bart.in.l. j.§.eſt ⁊ alius.ff.ſi quis a paren.fue. ma.et ſequuntur Cy.Sali.⁊ Moder. in.d.l.C.de iur.et fac.igno.¶Idem ⁊ ſecundo dicit glo.procedere ⁊ multomagis in militibꝰ celeſtis militie:puta clericis vt non teneãtur vltra ꝙ facere poſſint:⁊ cum illa gloſſ.ibi tenent Rica.malum.Barto.⁊ communiter alij.⁊ Imo.⁊ moder.cano.in capitulo odoardus.de ſolu.vbi Andreã ſicu.dicit illam gloſſam in.d.l.miles ad vnam ſingularem de iure ciuili:et illam glo.Bartolus ibi dicit menti tenendam.Et idem quod illa glo.tenet alia glo.in.c.ſtudeat.l.diſt.⁊ glo.in.l. ſtipẽdia.C.de execu.rei iud.facit text. in.c.degradatio.§.j.vbi domi.de ſan. gemi.de pe.li.vj.Per que inferũt doc. quod ſicut miles non poteſt donare concubine.l.ij.C.de dona.inter vi.et vxo.⁊.l.miles ita.§.mulier.ff.de teſta. mili.ita nec aduocatus vel clericꝰ vt tenet Bar.in.l.affectionis.ff.de dona. ⁊ in.d.l.ij.⁊ in.d.l.miles ita.§.mulier. ⁊ in.l.mulierẽ.ff.de his qui.vt indig. in alio aũt ſecus:vt per gl.Bar.Bal. et ceteros i.d.l.miles.§.mulier.Et quia vbi ſumus in fauorabilibus quibus iura fauent ꝓpter publicã vtilitatem pietatẽ vel aliam fauorabilẽ cauſam fit extenſio etiã in exorbitantibus ex idemptitate rationis per nota.ꝑ glo. in.l.illud.in ver.alia cauſa ⁊ in.l.fin. in ver.captiuorũ.C.de ſac.ſan.eccle. idem putarem in ſcholari etiam non clerico.ad quod optime facit gl.reputata ſingularis in.l.nepos ꝓculo.ff. de verb.ſig.dicens ꝙ ſicut militibus arma ita ſcholaribus libri ſunt relinquendi:⁊ quod per illam glo.ſingulariter notat Bal.in rub.C.qui bo.cede. poſ.¶Quod autẽ dixi priuilegia cõceſſa militibus extẽdi ad aduocatos ⁊ clericos intellige niſi priuilegium eſſet cõceſſum militibus ratione preſumpte ignorãtie:qꝛ turpe eſt viro patricio et cauſas peroranti ius in quo verſatur ignorare.l.ij.§.ſeruius autem ſulpitius.ff.de ori.iu.et.l.profeſſio.C.de mu.va.libr.x.in clericis autem non cadit iuſta ignorantia: vt not.gloſſ.in lege repetita.in verſiculo.peritos.C.de epiſcop.⁊ cle.ſecundum Barto.et omnes excepto fulgo.

UVA. BHSC. IyR_228_4

ſn.d.l.j.Sexta eſt donator de quo eſt etiam tex.in.l.diuus.ff.de regu.iu.Et in hoc eſt vnum ſpeciale quoniã deducit etiam es alienum id eſt quod aliis ipſe debet.l.inter eos.§.is quoqꝫ ff.de re iud.alij vero nõ vt ibi ꝑ doc. Sed intellige illũ tex.in eo qui ꝓmiſit donare mere et ſimpliciter ſecꝰ ſi ob cauſam: quia illa non eſt propria donatio.l.j.ff.de dona.ſed remuneratio ſm Alex.in.d.l.ſunt q.colũ.j.poſt Ang.in.d.l.ſed hoc ita.⁊ ſequitur Jaſ.in d.l.inter eos.§.is quoqꝫ.quẽ legit cũ prin.l.reſpondens ad.l.ſi extraneus.ff.de iur.dot.Adde aliã perſonã videlicet eũ q ceſſit bonis:qꝛ ſi poſt ceſſionem aliqua acquirat in illis nõ tenetur vltra ꝙ facere poſſit deducto ne egeat.l.q bonis.ff.de ceſ.bo.Ex quo vides ꝙ magis fauet cedẽti in bonis poſtea queſitis ꝙ in illis que prius habebat in quibus nil ſibi relinquit vt predixi.Niſi eſſent bona ꝓhibita alienari a teſtatore feudalia vel emphiteoſis eccleſie que retineret licet nõ commoditatẽ illoꝝ ſm Bal.in.l.j.C.q bo.ce.poſ.aliã perſonã habes in l.ij.in prin.ff.qđ cũ eo.videlicet filiũfamilias emãcipatũ vel exheredatũ qui ex contractu tempore quo erat in poteſtate inito nõ tenetur vltra ꝙ facere poſſit. ¶Et aduerte qꝛ omnes premiſſe perſone tũc demuꝫ gaudent priuilegio predicto ſi cautionẽ ꝑſtent de ſoluendo ex integro ſi ad pinguiorem fortunã venerint prout eſt tex.in l.vna.§.cũ aũt.C.de rei vxo.act.et de ſocio eſt tex.in.l.verũ.§.itẽ videndũ.ff.pro ſoci.de ceteris aũt ꝑſonis tenẽt Jo.de imo.Rap.cu.⁊ Jaſ.ex idẽptitate rationis in.d.l.patronus.quam legunt cũ.d.l.ſunt qui.tu vide glo.in.l.iij.ff.de excep.Et intelligit gl.in.d.§.cũ aũt.ꝙ talis cautio debet eſſe verbalis ⁊ nuda a fideiuſſore:quia maritus

a facere poſſunt vt ne egeantª eorũ ratio habeatur vt.ff.ad mace.l.tam et ſi.et.ff.ad vel.l.vlti.§.penulti.et.ff.de re indi.l.ſunt ⁊.l.patronus.et.l.item miles et.l.inter eos.⁊.l.neſennius.§.fin.ſolu.matrimonĩ.l.ex diuerſo.§.vlti.et.ff.quod cum eo.l.ſi filius.j.reſpon.

egens nõ reperiret fideiuſſorem.⁊ idẽ tenet gl.Bar.⁊ alij in.l.diuortio ⁊ bñfi.que poſt diffi.ſen.oppo.§.interduꝫ.ff.ſo.ma.⁊ bene ꝓbat tex.in.d.§.item videndũ in ver.nuda repromiſſio.dicit tñ Ange.areti.in.d.§.item ſi de dote ꝙ cautio talis debet eſſe iuratoria cum expreſſa obligatione bonorum.cũ hoc nõ ſit ſibi graue nec ſit neceſſe ab alio requirere:ſꝫ habeat a ſemetipſo ꝑ text.ſingularẽ ſm eũ in l.filio vel ſeruo vt in fi.vbi Bar.no.ff.vt leg.no.ca.Itẽ aduerte qđ oẽs iſti amittunt priuilegiũ ſi negẽt id qđ eſt cã eoꝝ priuilegij vt dixi plene in ti.q.mod.ſuo no.ciui.agen.verſi.ſimiliter punitur.Anto.de tremo.

a ¶Ne egeat.Recte itaqꝫ ſentit do.vber.ꝙ oẽs q non poſſunt exigi vltra ꝙ facere poſſint ſunt etiã priuilegiati vt eorũ ratio habeatur ne egeant etiã ſi tales nõ ſint alẽdi.Et ſic ꝙ lex in cõdẽnatiõe.ff.de reg.iur.gñaliter ꝓcedat i oibꝰ ſuperiꝰ nominatis in ꝓxi.addi.ꝓut etiã voluit glo.ſing.ibidem ſcꝫ in d.l.in cõdẽnatiõe.quã dicit ordi.⁊ ſingularẽ Bal.i.l.vna.§.cũ aũt.C.de rei vxo.ac.⁊ in.c.vno.in prin.in fi.ver.de notis feu.⁊ eam dicit nota.⁊ ſequitur Jaſ.in.d.l.ſunt q.Nõ omitto vnũ neceſſariũ in hac materia ꝙ i deductiõe ꝑdicta ne egeat attentus eſt modus circa tria:circa qualitatẽ ꝑſone:circa quantitatem rei:⁊ circa quãtitatẽ tẽporis.Circa qualitatẽ perſone an ſit perſona nobilis vel doctor qui plus habeat expendere ꝙ ruſticus.Et ꝙ huius dignitatis ſit habenda ratio tenent imo.rap.cu.et Alex.in.l.ſi maritus in id.ff.ſo.ma.ꝑ nota i.l.nepos ꝓculo.iuncta glo.in ver.dignitate.ff.de verb.ſig.⁊ ꝑ alia iura ꝑ eos allegata:⁊ tꝫ Bal.expreſſe in.l.ij.C.quod cũ eo qui in alie.po.eſt.ſed Alexã.in.d.l.maritũ ſecutus mentẽ Bart.ibi dicit

UVA. BHSC. IyR_228_4

ſibi placere ꝙ ſi mulier eſſet valde inops. Ita ꝙ nõ poſſet ſibi ſuccurri ſi haberet reſpect⁹ ad talẽ mariti dignitatẽ ꝙ tunc nullaten⁹ ſit habendus. alias ſic arg. no. in. d. l. nepos. Licet illuſtris doctor frã. de are. in cõſ. ſuo. xvij. incip. cõſideratis diligentiſſime. in. x. col. verſic. ad quintũ cõſuluerit ſimpliciter fore hñdam rõnez cõditionis et ſtatus pſone & hoc tenet ẽt Ang. are. l. §. appellãtur. col. vj. inſti. de exce. dicens debere ꝯſiderari an ſit nobilis qui ſecundũ ſtatum ſuũ multis indiget adminiculis: an vero ruſticus cui ſatis ſit qđ habeat panẽ cepe oleũ & caſeũ: iuxta gl. in. l. ſeruis legatis. de leg. iij. ff. & idẽ ſimpliciter dicũt moder. in. d. l. inter eos: ſed mihi multũ placet opi. Alex. in. d. l. maritũ. itez circa hanc q̄litatẽ pſone inſpiciendũ eſt an ſit pſona que habeat artificium aliqđ vnde poſſit venire quia nõ vteret̃ iſto priuilegio aut ſaltim ſuarum operaꝶ haberet̃ ratio per glo. ſingularem in. d. l. ſi marit⁹ in id. glo. ma. in prin. quã dicunt ſingularem Nyc. de nea. & Pau. de ca. in. d. l. maritũ. & ibidez pau. dicit illã reputari ſingularẽ. licet alleget aliam in. l. ſi q̄s argentũ. §. j. in verſ. quantũ donauit q̄ expreſſe hoc vult. C. de dona. & ita tenent moder. in. d. §. itẽ ſi de dote. Circa qualitatẽ rei debet inſpici nõ quantum ex venditione rerũ ſuarũ redigi poſſit ſ; quãtũ ex patrimonij ſui fructib⁹: iſte eſt tex. mirabilis & ſingularis: ſ; Bar. ibi in. l. qui bonis. ff. de ceſ. bo. ꝑ quez Bal. in. d. l. ſi maritus in id. ſentire viſus eſt ꝙ ſi maritus habet ampliſſi palatiũ magni valoris et modici redit⁹ ſibi neceſſarij ad victũ ꝙ nõ teneatur illud vẽdere: licet Imo. & Alex. cõtrariũ teneant cũ quib⁹ ſtarẽ ſi ex pretio palatij poſſet vtriq; recte conſuli. Circa vero quantitatẽ tp̄is eſt attendendũ vt nõ deducatur ſolũ pro vno vel duobus annis ſed etiã pro toto tempore vite ſue habita ꝯſideratiõe quãtũ viuere pſumat̃ iuxta ſupputationẽ iuriſcõſulti in. l. hereditatum. l. pñ. ff. ad. l. fal. Iſta eſt doctrina gloſſ. in. d. l. maritũ glo. j. cum q̄ tenent dy. Io. fa. Io. de pla. Angel. are. & Iaſ. i. d. §. itẽ ſi de dote. Anton. de tremolis.

2 ¶ † Idem in milite[a] condemnato qui poſt ſententiam ſuis defenſionib⁹ vti poterit vt. C. de iur. & fac. ig. l. j. ¶ Idem in beneficio cedendarum[b] actionuz. vt. ff. de fideiuſ. l. ſi fideiuſſores. in dicto. §. final.

3 ¶ † Idẽ dico in falſi exceptione et ĩ oi alia per quã põt iudiciũ & ſententia annullari[c] vt ſi dicat̃ ſententia lata aſſiſtente falſo ꝓcurato-

a ¶ Milite. ſpeciale priuilegiũ militibus eſt a iure cõceſſum: vt exceptiones peremptorias opponere põt poſt ſententiã in ipſa executiõe: vt eſt tex. ſing. & vnic⁹ in iure in. d. l. j. hic alleg. quẽ dicũt ſingularẽ Bar. & Pau. ibi & Bal. in. c. fi. col. vj. de cõfeſ. qđ intelligũt doct. ibi qñ ageret cauſam ſuam & per ſe: ſecus aũt ſi alienã vel ꝑ procuratorẽ vt per eos. & vult Bart. in. l. admonendi. in. ij. col. verſi. ad vnũ tñ. ff. de iureiu. ꝙ pariter aduerſari⁹ militis vtet̃ eodẽ ꝑuilegio vt poſſit deducere & allegare poſt ſniam. & eũ ſequit̃ Alex. in addi. ad Bar. in. d. l. j. et Iaſ. ibi in. j. colum. ſed q; hoc priuilegium eſt inductũ fauore militis ꝑpter eius pſumptã ignorantiã. l. fi. C. de iur. de li. nõ extendet̃ ad aduocatos vel clericos. Itẽ nec ad ruſticũ cũ ei nõ ſuccurrat̃ niſi in caſibus a iure expreſſis per no. in. l. fin. C. illo titu. vez de iur. & fac. igno. niſi ex capite clauſule generalis ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur. ſecundum Bartolum & moder. in d. l. j. quos lati⁹ vide. Anto. de tremo.

b ¶ Cedendarũ actionũ. de hac exceptione dixi tibi in ti. de impedi. et excep. que cõ. reſcrip. de leg. ind. verſi. idẽ puto. in ver. epiſtole in fine.

c ¶ Annullari. Aduerte quod in hac vtili et quotidiana nullitatis ſententie materia duo ſunt diuerſi articuli: alter vtrũ poſt diffinitiuam ſe-

UVA. BHSC. IyR_228_4

tentiam in rem iudicatam tranſactã poſſit exceptio nullitatis opponi de quo hic aliter vtrum per huiuſmodi exceptionis nullitatis ſententie obiectum impediatur executio ipſi⁹ ſententie ſicq́ debeat diſferri executio do= a re^a nec dominus nec cognito de nullitate: de quo articulo hic nõ dicã: qꝛ autoꝛ tãgit. ſ. titu. ꝑx. in prin. et ibi reſeruo. Sed ad primum articulum breuiter dicas q̄ exceptio nullitatis ſententie põt quãdocũq; opponi poſt ſententiam que in rem tranſiuit iudicatam ſiue nullitas procedit ex parte falſi procuratoris ſiue ex defectu iuriſditionis iudicis ſiue ex inordinato ꝓceſſu vt probatur in iuribus hic allegatis ꝛ tradunt Bart. ꝛ moder. in. l. ſ. C. de iur. ꝛ fac. igno. ratio huius eſt qꝛ exceptio nullitatis ſentẽtie oriť in ipſa ſententia ꝛ cũ nõ potuerit opponi ante merito dꝫ poſſe opponi poſt. ſ. ꝛ poſt rem. §. i. ff. de tranſ. ex doctrina Bar. ꝛ alioꝝ in. d. l. ſ. facit glo. in. l. licet. C. de ꝑcu. Itẽ qꝛ ſm Ja. bu. Bal. ꝛ Sali. in. d. l. ſ. ſententia nulla nõ meretur dici ſententia. l. iiij. §. cõdemnatũ. ff. de re iu. vnde cum nõ ſimus poſt ſniam merito põt opponi. Plus eſt q̄ etiam ſi eſſent tres ſententie conformes adhuc contra illas poſſet opponi exceptio nullitatis executiõe tamẽ non retardata: vt eſt tex. in cle. ſ. de re iu. Niſi nullitas proueniret ex defectu iuriſditionis iudicis quo caſu exceptio nullitatis oppoſita poſt tres ſententias impediret etiam executionem: vt eſt glo. ſin. reputata in clemẽ. vna glo. fin. de ſequeſ. poſ. ꝛ fruc. quã dicunt reputari ſingularẽ pau. Alex. et moder. in. d. c. §. condẽnatũ. ꝛ Alex. in. l. de pupillo. §. qui op⁹. ff. d no. ope. nun. de cuius intellectu ꝛ cõcoꝛdia cũ glo. in cle. ſ. in ver. pendere. de re iudica. vide Alex. in. d. §. qui opus. Et ex quibus cauſetur nullitas ſententie ponit idem autoꝛ eo. ti. ſe. vbi poſt eũ dicam. Anto. de tre.

a ¶ Aſſiſtente falſo procuratore. Talis quippe ſnia eſt mero iure nulla vt hic dicit: ꝛ ideo principio exceptio dicitur ineſſe ꝛ oriri cũ ſnia vt dicit glo. in. l. licet. C. de ꝑcu. hic alleg. que quotidie ad hoc allegatur ſm mod. ibi et ad. l. tꝫ add tex. in eius proceſſum c. in noſtra. de ꝑc. que iura volentia ſententiã latã falſo ꝓcuratoꝛe aſſiſtẽte eſſe ipſo iure nullã limitans quo ad preiudiciũ dñi quoniam in preiudicium ipſius procuratoris falſi bene valet vt poſſit contra eũ exequutioni demandari: ꝛ ideo nõ eſt funditus nulla, iſte eſt tex. in. l. ſi ſe nõ obtulit in prin. vbi doc. ff. de re iu. ꝛ in. l. plautius. ff. de ꝑc. niſi iuſto erroꝛe deduct⁹ putaſſet ſe habere legitimũ mandatũ. vt. d. l. plancius. ꝛ p Lu. Ro. Alex. et Jaſ. in. d. l. ſi ſe nõ obtulit. hoc aũt qđ hic dicit ſane intelligas ſiue aduerſarius ignoꝛauerit ꝓcuratoꝛẽ eſſe falſum ſiue dubitauerit: ſiue etiã ſciuerit qꝛ ſua ſcientia nil operabiť ad validandum iudiciũ. ita in effectu volunt gl. Bar. ꝛ doc. licet tria membꝛa circa hoc faciant in. d. l. licet. Sed ſane ꝓcedit dictũ autoꝛis noſtri q̄ exceptio falſi procuratoris poſſit opponi poſt ſniam. Niſi iudex ante ſniaꝫ pronuntiaſſet eũ legitimũ ꝓcuratoꝛẽ qui tñ nõ erat ꝛ eius ꝓnũtiatio tranſiniſſet in rẽ iudicatã qm̃ amplius opponi nõ poterit: exceptio falſi ꝓcuratoris ſm Bar. ꝛ oẽs in. d. l. licet. ꝛ Bart. ꝛ alios in. l. ſ. C. de iu. ꝛ fac. ig. ꝛ Bald. in. l. falſus. i pe. col. C. de furt. ¶ Scđo ꝓcedit niſi ꝓcuratoꝛ falſus fuiſſet admiſſus cũ cautione rati: qꝛ poſtmodũ amplius opponi nõ poterit dicta exceptio p tex. in. l. inter quos. §. alieno. in fi. ff. de dã. ifec. Niſi icõtinẽti poſt p̃ſtitã cautionẽ ſm Cy. Ray. Bart. Sali. Fulgo. ꝛ Jaſ. i. d. l. Iꝫ. ꝛ Imo. i. d. §. alieno. ꝛ pa. in. c. qm̃ cõtra falſam. ad fi. de pba. facit gl. in. l. põponi⁹. §. rati. ff. de ꝑcu. volẽs paria eſſe qđ fieri ante vel incõtinẽti poſt lꝫ Alex. contra in. d. l. licet. ¶ Dicebat etiã Bald. in. l. q̃nis indubitati. in vlti. colũ. C. ad. l. iu. de

UVA. BHSC. IyR_228_4

adul. ⁊ Alexā. poſt eum in. d. l. licet. ꝙ q̄uis exceptio falſi ꝓcuratoris poſſit opponi poſt ſententiā ꝙ tamē nō poſſet opponi poſt renūtiationē ⁊ cōcluſionē in cauſa ad impediendum ſententiā ferri tamen Iaſ. ibi in. j. col. notabiliter cōcludit contrarium: quia cum poſſit opponi poſt ſententiam multo fortius debet poſſe opponi poſt concluſum in cauſa vt ibi per eum. Dicit̄ autem falſus procurator ex mente glo. ⁊ Bal. in. d. l. falſus ⁊ gl. in. l. ſi ꝓcuratori falſo. ff. de condi. cau. da. cau. non ſequi et in l. ex parte decani. de reſcrip. Bal. ⁊ doc. in. d. l. licet quinq; modis primo ſi nunq̄ habuit mandatum. ¶ Secūdo ſi habuit ſed impertinens vel nō ſe extendens ad id quod erat in iudicium deductum. vnde dicebat Bal. in c. nonnulli in. j. colum. per illū text. ⁊ in. d. ex parte decani. de reſcript. quod qui habet mandatum generale et agit in cauſa requirente ſpeciale dicitur falſus procurator. ⁊ Bal. ſequitur Iaſ. in. l. licet col. j. ¶ Tertio dicitur falſus ſi habuit mandatum ſed fuit reuocatus: de quo dices. ſ. titu. de excep. procu. verſiculo ratione vero conſtituentis. in ver. reuocauit. quia etiā iuramentū qḋ hodie ſolet apponi in procuratorijs de non reuocādo non impedit reuocationē licet reuocans efficiatur periurus: vt eſt glo. reputata ſingularis in. c. fi. in verſi. reuocat⁹ de procu. lib. vj. ¶ Quarto quādo habuit mandatum ſed fuit cōſtitutus a pupillo vel alio qui procuratorem cōſtituere nō poterat ⁊ de tali nullitate ſemper poterit opponi quod eſt notādum ꝫm Bal. in. d. l. licet ⁊ tranſeunt moder. ¶ Quinto qn̄ erat legitime cōſtitutus procurator tñ ad eius notitiā nondū peruenerat cōſtitutio ⁊ interim geſſit qm̄ dicet̄ geſtum a falſo ꝓcuratore ꝫm Archi. ⁊ Io. an. ꝑ illum tex. in. c. is qui. de pc. li. vj. ⁊ l3 Bal. nō firmet. i. d. l. l3. tñ Alex. ibi i. j. col. dicit iſtā eſſe magis cōem ɔcluſionē habes tñ tex. ſingularē ⁊ nō alibi in iure ꝫm Bal. Ang. ⁊ moder. ibi in. l. iulianus. ff. qui ſatiſd. cog. ꝙ mādatū de lite ꝓſequenda quā ſciebā te ſine mādato meo inſtituiſſe operat̄ confirmationē prius geſtorū. vt ibi per eos. ¶ Habes ergo ꝙ exceptio ꝓcuratoris falſi pōt opponi poſt ſniam. l3 qḋ de exceptiōe tu. nō potes eſſe ꝓcurator tex. in. l. ita demū. C. de pc. decidit eſſe dilatoriā: et ideo ante litē cōteſtatā debere opponi. ad idem tex. in. ꝟ. fi. inſti. de excep. ⁊ gl. in. ꝟ. appellat. eo. ti. ꝙ itellige niſi ꝑſona eſſet talis q̄ nō poſſet eſſe in iudicio nec ꝓ ſe nec. ꝓ alio: vt q2 ſeru⁹ monach⁹ vel bānit⁹: q2 cū iudiciū agitatū ꝑ tales ſit mero iure nullū. l. ij. ꝟ. j. ff. q̄ ſatiſd. cog. poterit talis exceptio oppōi poſt ſniā: ꝫm Bar. cū q̄ ibi trāſeūt mod. i. d. l. l3 ⁊ Bal. i. d. l. ita demū. ſec⁹ ꝫ eos ſi poſſet eē i iudicio ꝓ ſe vel ꝓ alio puta femina vt minor: q2 tūc ſolū poſſet opponi an̄ litē cōte. ⁊ nō poſt niſi i caſib⁹ i. d. l. ita demū notatis ꝺ qb⁹ dixi i ti. de ipe. ⁊ excep. q̄ ɔ reſc. ⁊ dele. ꝟ. et eſt ſciendū. facit qḋ dicā ꝺ iudice incōpetēte infra iſto eo. verſi. Ant. de tre.

a ratificauit⁹

a ¶ Ratificauit. clarū eſt ꝙ dñs pōt ratificare ꝓceſſum ⁊ ſniam cōtra ꝓcuratorē falſum latā. l. l3 verū. hic alleg. Sed dubiū eſt vtrū ſniam latā in fauorē falſi ꝓcuratoris poſſit ratificare dñs ⁊ ſic ad ſui cōmodū. Et licet gloſ. in. l. ſi tutor in verſic. non potuit. C. in quibus cau. in integ. reſtit. nō eſt nequam dicit ſolēnē Bal. in. c. j. in vlti. col. de ordi. cog. voluerit quod ſit ſpeciale in minore vt ſniam pro falſo ꝓcuratore latam poſſit ratificare tñ gl. reputata ſingularis in. l. ſi mater. ꝟ. hoc iure glo. fi. de excep. rei iudi. ff. tener' indiſtincte quod proceſſū ⁊ ſententiam in fauorem falſi procuratoris latam poteſt dominus ratificare ſiue ſit maior ſiue minor. ⁊ illam gloſ. dicunt reputari ſingularem Alexā. ⁊ Iaſ. in d. l. licet. ⁊ illam dicit ordinariā Paul. de caſt. in. d. l. licet verū. ⁊ eam ſequū-

UVA. BHSC. IyR_228_4

tur Bar.ibi ꝛ idem Bar.in.l.iulianꝰ
in.v.queſtio.ff. qui ſatiſda.cogan. et
multi relati a Fely.ſan.in.c.cauſam
que in.j.col.pe.de iudi.dicens ab hac
non eſſe recedendum in iudicãdo vel
cõſulendo. Et iſtã
etiam dicunt com

**vel a iudice pecunia corrupto.a**

munẽ Alex.ꝛ Iaſ.
in.d.l.licet ꝛ pro ea eſt textꝰ in.l.licet
verum.ff. de iudi.hic alleg. Sunt tñ
aliqui caſus in quibus dñs geſtum a
falſo procuratore in ſui fauorem rati-
ficare non poteſt:quos ponunt doct.
in.d.l.licet verũ ꝛ tredecim enumerat
Fely.i.d.c.cauſam que.ꝛ poſt eũ nõ fa
cta mentione de Fely.Iaſ.in.d.l.licet
C.de procur.col.pe.ꝛ fi.quorum viſita
tiores ꝛ minus dubios transfero pri-
mus quãdo falſus procurator erat ta
lis perſona que non poterat eſſe in iu
dicio nec per ſe nec per aliũ vt ſeruus
vel monachus vel pupillus qꝛ cũ iu-
dicium ſit mero iure nullum etiã quo
ad ipſum procuratorem poſtq̃ in iu-
dicio eſſe non poteſt nõ poterit ratifi-
cari qđ nihil eſt:glo.Bar.ꝛ docto.deſi
gnãter Pau.in.l.licet verum Pa.in.c.
j.de re iud.Eadẽ ratiõe ſi iudex tanq̃
delegatꝰ cognouit cũ nõ eſſet nõ pote
rit ſuperior ad quẽ ſpectat delegatio
rectificare ꝓceſſum nec facere eũ vali
duꝫ:licet eius nomine cognouerit:qꝛ
proceſſus eſt ipſo iure nullꝰ ſcđm glo.
Bart.ꝛ doct.in.d.l.licet verum ꝛ in.l.
j.vbi de cri.agi op.Secũdus niſi ſta-
tuto caueretur proceſſum procurato-
ris ſine mandato non valere:quia eo
caſu cum mandatuꝫ ſit pro forma:do
minus geſta a procuratore falſo rati-
ficare non poterit ſm Bal.in.l.ſi vxo-
rem in.ij.col.C.de condi.inſer. ¶Ter
tius quando a falſo ꝓcuratore eſſent
aliqua geſta in auditorio principis
ſꝫ Bal.in.d.l.falſus i.j.col.poſt Inn.
in dicto capitulo ex pte decani ꝛ pau.
in dicta lege licet verum Cardi.tamẽ
imo.Pa.ꝛ Fely.in.ij.iij.ꝛ iiij.colum.
in.c.nonnulli.§.ſunt ꝛ alij.de reſcrip.
tenent contrarium per generalitatem
d.l.licet verum.ꝛ.l.iij.§.falſus.ff.rem
ra.ha.licet fateãtur ſpeciale in impe
trãte literas ad lites ſine ſpeciali mã
dato vt nõ poſſit impetratio ratifica-
ri per dñm ſm gl.Innocẽ.ꝛ doct.ibi.
¶Quartus quando requireretur in
actu iuſſus vel cõ
ſenſus quia ratifi
catio nil operare-
tur.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum vbi
per ſcriben.ff.de acqui.here. ſm An-
ge.ꝛ Paul.in.d.l.licet verum. Quin-
tus quia dominus geſta a falſo pro-
curatore non poteſt rectificare in pre-
iudicium tertij cui eſt queſitum ius
ex facto vel negligentia ratificantis
ſm Bal.in.l.obſeruare.§.fi.colum.iij.
verſi.Circa quintum.ff.de offi.procõ.
per tex.in.l.cum decem.§.j.ꝛ.l.ſi quis
offerenti.§.fi.ff.de ſolu.Sexto aduer-
te quia licet geſtum per falſum procu
ratoreꝫ dominus poſſit rectificare nõ
tamen geſtum per falſum nuntium
ſecundum Barto.in.lege qui autem.
§.conſtituere.ff.de conſti.pe.poſt pe.
et Cyn. in.l. multum.C. ſi quis alte.
vel ſibi vbi per eundem Bar.in fi.
a ¶Pecunia corrupto.Cum ſenten-
tia a iudice pecunia corrupta lata di-
catur venalis ꝛ ſententie venales ſũt
mero iure nulle.l.venales hic allega.
canoniſata in.§.venales.ij.q.vj.meri-
to talis exceptio poterit opponi poſt
ſñiam etiam in rem iudicatam tranſ
actã per ea que in preceden.addi.di-
cta ſunt. Aduerte tamen ꝙ verbum
pecunie hic nõ ſtat ſtricte vt excludat
interuentũ cuiuſcũq alteriꝰ rei.quo
niam ſiue detur pecunia iudici ſiue
aliud dicetur venalis.l.quinetiam et
lege ſequen.in princi.ff.de calum.ſe-
cundum Bal.in.l.j.C.de pe.iud.qui
ma.iudi.Secundo etiam adde ꝙ ſen-
tentia dicitur venalis.ꝛ eſt ipſo iure
nulla.ſi data ſit pecunia iudici vt ſen
tentiam iuſtam ferat.per text.in.c.vẽ
dentes.j.q.iij.vbi iuſtitiam vendere
eſt hanc pro premij acceptione ſerua
re ꝛ quod ſit ipſo iure nulla tenet glo.
ibi ꝛ tenet expreſſe Paulus de caſt.in
l.ij.ff.de condit.ob tur.cauſam. Et

UVA. BHSC. IyR_228_4

vltra hoc ꝙ ſententia eſt mero iure
nulla dans pecuniam iudici perdit
cauſam. dicta lege prima. C. de pe. iu=
di. qui ma. ind. etiam ſi daret vt iuſte
iudicaret: quia licet cauſa dandi ex
parte dãtis ſit ho=
neſta et eo animo a
dans non peccet:

Secus ſi gratia[a] vel erro=

vt dicit glo. in capitulo qui recte. xj.
queſtione tertia. attamen datio ipſa
eſt mala ⁊ res mali exempli ⁊ tendit
ad corrumpendum iudicem: ideo per
dit cauſam quia volens vincere per
ſimoniam fingitur habere malã cau=
ſam: ⁊ ideo illam perdit textus gloſ.
Bald. et doctores. in dicta lege ſecun=
da. Sed pulchra queſtio eſt an da=
tum iudici pro ſententia obtinenda
poſſit repeti an vero perdatur ſimul
cum ipſa iura in qua queſtione bre=
uiter fac tres caſus: primus quando
do pecuniaꝫ iudici hoc expreſſo ꝙ pro
me iuſtam ferat ſententiam: et hoc ca
ſu quia ex parte mei dantis cauſa eſt
honeſta ⁊ ex parte iudicis recipiẽtis
turpitudo verſatur cum id per pecu=
niam faciat quod gratis facere tene=
tur ſecundum gloſſ. ſingularem in. l.
iiij. §. ſi tibi iudicium gloſſ. magna. ff.
de condi. ob tur. cau. quam dicit ſin=
gularem Bald. in capitulo ſuper eo.
de tranſ. referente Iaſ. in dicto. §. ſi ti=
bi. ideo datur ſoluti repetitio per tex=
tum. in dicto capitulo ſecundo. verſi=
cu. ſed et ſi dederim. et ibi Bar. Bald.
Pau. et docto. et tenet gloſſ. in capitu
lo qui recte ei in capitulo non ſane.
xiiij. q. v. ¶ Secundus caſus quando
dedi vt ſententiam iniuſtam pro me
ferat et cum iſto caſu turpitudo ver=
ſetur ex parte vtriuſqꝫ ⁊ cauſa dandi
et datio et receptio ſunt iniuſte ⁊ tur=
pes nedum perdo cauſam et datum
non repeto. l. iij. de cõdit. ob tur. cau.
¶ Quandoqꝫ et tertio do pecuniam
iudici ſimpliciter ⁊ indeterminate vt
iudicet non vt ſic iudicet hoc eſt dice
re vt cauſam expediat et ſententiam
ferat ſiue pro me ſiue contra me: et
hoc caſu gl. Bart. Bald. pau. et Sali,

in dicta lege ſecunda verſicu. ſed et ſi.
voluit ꝙ hodie datum non repetam
et cauſam perdam per dictã legẽ pri=
mã. Sꝫ chriſt. de caſtil. rap. fnl. Alex.
et Iaſ. ibi tenent contrarium hac ra=
tiõe: quia iura no=
ua per que gloſſ.
predicta monetur
hoc non probant quod datum non re
petatur. et in penalibus fit extenſio.
lege cum quidam. ff. de libe. et poſth.
et quia vt dixi cauſa dandi eſt hone=
ſta: et ad id allegant gloſſ. in dicto ca=
pitulo qui recte. et in dicto capitulo
non ſane. et ibi archid. Quod autem
dixi ſententiam iudicis venalem ipſo
iure nullam non procedit in ſenten=
tia arbitri vel arbitratoris: quia me=
ro iure valet vt dixi in titul. de impe.
que impe. compro. ar. verſic. Item for=
te. ¶ Item quod dixi iudicem turpi=
ter recipere pecuniam etiam vt iuſte
ferat ſententiam procedit etiam in te
ſte qui pecuniam accipit vt verum
deponat: quia eo ipſo committit fal=
ſum licet veritatem dicat. gloſ. eſt re=
putata ſingularis in lege prima in
princip. in verbo aduocationem vbi
etiam Barto. ff. ad. l. cor. de fal. quam
dicit reputari ſingularem. Iaſon in le
ge diuus, colum. penul. ff. de re iud. li
cet propterea ſententia non ſit ipſo iu
re nulla. dicta lege diuus. et dicetur
paulopoſt. Sicut etiam non eſt nulla
propter corruptioneꝫ pecuniariã ad=
uocati vel procuratoris partis aduer
ſe ſecundum Cyn. Pet. et Barto. in le
ge prima. C. de aduo. diuer. iudicio. cõ
tra gloſſ. ibi et tenet Paul. de caſt. in
lege ſeruo inuito. §. cum pretor. ff. ad
trebel.

a ¶ Si gratia. Quia dictum do=
cto. debet intelligi ſecundum legem
quam allegat Barto. in lege non ſo=
lum. in ſecunda. §. ſi liberationis ver=
ba. ff. de libe. lega. aperte vult auto=
iſte ꝙ ſententia lata per ambitio=
nem et dolum iudicis vel per erro=
rem non eſt ipſo iure nulla: vt pro=
bat textus. in. §. cum pretor. hic

UVA. BHSC. IyR_228_4

allegato. Item ſecundo videtur ſenti
re qđ hec exceptio dico ſententiā latā
per ambitionē vel errorē iudicis nō
poſſit opponi poſt ſententiā. Ad pri=
mum igitur aduerte ꝙ quantūcunqꝫ
conſtet iudicē vo=
luiſſe facere grām a
parti ꝓ qua iudi=
cauit illius amicitia vel odio partis
aduerſe vel iudicē fuiſſe precibꝰ aut
al's ꝙ pecunia corruptū. ⁊ ſic dolo iu=
dicis ſententiā fuiſſe latā tamen ſen=
tentia mero iure tenet ⁊ tranſit in reꝫ
iudicatā: vt probat tex. in. d. §. cū pre=
tor ⁊ ideo dicebat Bal. i. l. fi. C. de pe.
iudi. qui ma. iu. quod ſententia lata ꝑ
dolum peſſimum iudicis lata valet
⁊ tenet licet iudex puniatur: ſcꝫ ſi do=
lus non tranſiuerit in ſpeciem corru=
ptionis allegat Gloſ. ſolēnem in. l. j. §.
calūniatoribus. in ver. facti queſtio. ff.
ad turpi. ⁊ intellige Bald. de corru=
ptela pecunia data. al's non bene di=
ceret. Sed dubitatio eſt nunc vtrū cō
tra ſententiam per ambitionē latam
mero iure validā ſaltim detur reſtitu
tio in integrum ex capite ſi qua mihi
iuſta cauſa videbitur. Et licet tex. d. §.
cū pretor innuat ꝙ non cū dicat tali
ſententie ſtari propter autoritatē rei
iudicate. tñ gl. fi. ibi q̄ in hoc reputať
ſingularis vult ꝙ deť in itegrū reſti=
tutio ita ꝙ ꝓbat dolo ſiue ābitiōe ſnia
veniat retractanda ⁊ citra remediuꝫ
appellatiōis. et illā gl. dicit ſingularē
⁊ nō alibi Bal. q̄ nihil ignorauit i. l. j.
C. quomo. ⁊ qñ iud. ⁊ i. l. veniales. C.
qñ ꝓuo. nō ē neceſ. ⁊ eā dicit reputa=
ri ſingularē Paul. de caſt. in. l. diuus
ff. de re iud. Sed Bar. tuba veritatis
ibi. ſcilicet in. d. §. cum pretor. et idem
Bar. in. l. vna. C. de ſen. aduer. fiſc. la.
lib. x. ⁊ in. d. l. diuus intelligit ⁊ limi=
tat dictam glo. ꝓcedere qñ priuatus
nō potuit appellare al's ſibi imputet
⁊ Bar. ſequitur Paul. de ca. in. d. l. di=
uus ⁊ in. l. imperatores eodem tit. ſcꝫ
de re iud. ff. licet contrarium tenuerit
Bal. poſt Guil. de cug. in. l. j. C. de con
di. inde. volens etiam priuatum non

reᵃ ſeu ambitione vel a iudice

habere neceſſe appellare ſed omiſſa
appellatione poſſe petere in integrū
reſtitutionē propter dolum iudicis.
In fiſco autem eccleſia ⁊ minore eſt
indubitatum eis competere reſtitu=
tionem per ea que
habentur in. d. l.
vna. et per not. in
d. l. imperatores. plus voluit gloſ. illa
in. d. §. cuꝫ pretor. in verbo maxime ꝙ
etiaꝫ ſi allegetur error iuris vel facti
⁊ ſic ſola iniuſtitia ſententia abſqꝫ ali
quo dolo iudicis ꝙ etiam tunc compe
tet reſtitutio ſed illam gloſſam in hoc
reprehendunt ibi ſcribentes Barto.
Ange. ⁊ Pau. quia ſibi imputet quare
non appellauit et hoc voluit Inno. ⁊
alij in. c. quoniam contra falſam. de
proba. quoniam etiam ſi pars contra
quam eſt lata iniuſta ſententia dice=
ret: videantur acta ex quibus appare
bit de iniuſtitia non eſſet audienda
citra remedium appellationis alias
ſecunduꝫ eos facile eſſet eludere iudi
cia citra appellationem dicendo: ſen=
tentia eſt iniuſta videantur acta: niſi
forte fuiſſet impeditus appellare et
allegaretur iuſtitia manifeſta quo ca
ſu poſſet procedere dicta glo. ⁊ adhuc
daretur reſtitutio ſecunduꝫ Paulum
de caſt. in. d. §. cum pretor in fina. ver.
Ad ſecundū igitur quod ſentit autor
dicas quod vbi competit reſtitutio
tūc via reſtitutiōis bene poterit oppo
ni poſt ſententiam in rem iudicatam
tranſactā ⁊ erit vtilius quo ad ꝓba=
tiones ꝙ̄ habere ſolam exceptionem
doli: q2 in itegrū reſtitutio quaſcūqꝫ ꝓ
bationes admittit vt dicit Bald. in. d.
l. j. C. quomo. et quādo iud. Antonius
de tremolis.

a ¶ Vel errore. intellige ſane de er=
rore non expreſſo in ſententia quia er
ror expreſſus vitiat ipſo iure. Unde
circa hunc vtilem articulum quando
error vel falſa cauſa vitiet ſententiam
breuiter dicas ex mente Barto. ⁊ ſcri=
bentium in lege ſi is ad quem. ff. de
acquiren. here. et Barto. et docto. in
l. j. C. de erro. cal. et moder. in. l. ex di=
uerſo. §.

UVA. BHSC. IyR_228_4

uerſo.§.fi.ff.ſoluto matrimonio. ⁊ do=
cto.in.l.ſeruo inuito .§.cū pretor.ff.ad
trebel.⁊ in.l.fi.ff.de iuſti.⁊ iur.⁊ alibi.
q̄d quantumcunq; ſentētia ſit lata per
errorem ſiue falſam cauſam ſiue ſit er
ror iuris ſiue facti quod ſentētia ipſo
iure eſt valida etiam ſi de errore ap=
pareret ex actis dummodo non ſit er
ror expreſſus in ſentētia ſe referat ad
acta continētia errorem:ita ꝓbat tex.
in.l.preſes.vbi glo.⁊ ſcribē.omnes.ff.
de re iudi.⁊ tex.in.l.ij.in fi.C. quando
prouo.non eſt ne.⁊ in.l.ſecunda.C.de
re iudicata.glo.Bart.et omnes in di=
cta.l.ex diuerſo.§.fina.gloſ.Bart.⁊ do
ctores in.d.l.prima.C.de erro.cal.et
alibi ſepe.hoc ſane procedit in termi
nis in quibus loquimur videlicet in
ſententia quoniam ſecus in decreto
quod interpoſitum ex falſa cauſa ſiue
per errorem eſt ipſo iure nullum.lege
cum vero.§.ſubuentum.ff.de fideicō.
liber.⁊.l.ſeie egreſſe.vbi Barto.ff.de
tuto.⁊ cu.dā.ab his. et.l.prima.§.hec
verba.ff.ne vis fiat ei.et tenent Bar=
to.et omnes in dicta.l.ſi is ad quem.
et Barto.et docto.in.l.iuſte poſſidet
ff.de acquirenda poſſeſſione.⁊ docto.
in dicta.l.fina.ff.de iuſti.⁊ iure.Etiā
ſi error non eſſet expreſſus in decreto
ſed ſolum reſultaret ex actis quia di=
ſtinctio expreſſionis erroris procedit
in ſententia ⁊ non in decreto ſecundū
Barto.in dicta.l.ſeie.⁊ ſequuntur mo
der.in.l.diuus.ff.de re iudi.imo plus
eſt quod ſi decretum ſit interpoſitum
ex cauſa partim vera et partim falſa
tū adhuc eſt mere ipſo iure nullum to
tum ſecundū Ludouicum roma.Ale=
xan.⁊ Jaſ.in.d.l.ſi is ad quē.moti per
doctrinam Barto.in.l.ſi non ſortem
§.ſi centum per illum textum.ff.de
condi.inde.videlicet quod ſi fiat da=
tio in ſolutum a iudice prout quoti=
die fit ⁊ datio fiat in aliqua pte plus
debito quod talis datio in ſolutuꝫ eſt
in totum nulla ⁊ Barto.ſequūtur ibi
moder.dicentes eſſe quotidianum et
valde notan.et ſequuntur rap.cu.et
Alex.in.d.l.iuſte.

¶Si vero in ſentētia ſit expreſſus er=
ror ⁊ tunc diſtingue aut eſt error iuris
⁊ facti ſimul vel iuris tantum:vt quia
pronūtiat pupillum potuiſſe teſtari
⁊ tunc ſententia eſt ipſo iure nulla et
retractatur quandocunq; etiam citra
appellationem.iſte eſt text.in.l.ſi ex=
preſſim.ff.de appella.⁊ in.l.prima.§.
item cum contra.ff.que ſentē.ſine ap.
reſcin.⁊ in.l.ſecunda.C.quando pro=
uo.non eſt ne.de quo latius dicetur.
infra titu.proxi.verſi.itē ſi expreſſim.
Et idem dicas ſi talis error iuris non
eſſet expreſſus in ſententia ſꝫ in actis
ad que tamen ſententia expreſſe ſe re
feret quoniam paria ſunt exprimi in
ſententia vel ſententiam ſe referre ad
acta in quibus eſt expreſſum.l.hec
ſententia in.j.C.de ſententia que ſine
cer.quan.⁊.l.ait pretor.§.primo.⁊.l.in
ſumma.ff.de re indi.Barto.et docto.
in dicta.l.prima.C.de erro.cal.⁊ mo=
dernis.in dicta.l.ex diuerſo.§.fina.et
in dicta.l.ſi is ad queꝫ.Si vero ſit ex=
preſſus in ſententia error facti vel ſen
tentia ſe referat ad acta continentia
errorem vt puta dicit iudex quia con=
ſtat titium ſoluiſſe ideo abſoluimus
et de ſolutionē in actis nō appeat vel
dicit q: per talē et talem teſtes cōſtat
titiū mutuaſſe centū ſempronio.ipm
ſemproniū condēnamus et ipſi teſtes
nihil probēt de mutuo:ſed interroga
ti ſuper illo dixerunt ſe nihil ſcire.et
hoc caſu pro concordia doctorum va=
riationi dico quod aut talis error eſt
manifeſtus et non poteſt quoiſmo=
do tolerari ſiue excuſari vt in exēplo
premiſſo.Et tunc ſententia ſit ipſo iu
re nulla per textum.l.prima.§.primo.
ff.que ſenten.ſine appella.reſcin.vbi
ponit aliud exemplum de errore cal=
culi expreſſo in ſentētia.ad idem tex=
tus in capitulo cum Bertoldus vbi
ita tenent Innocentiꝰ.per illum tex=
tum de re iudica.⁊ ſequuntur Anto.
de but.imo.et Franci.are.in capitulo
quoniam contra falſam.de probatio=
ni.licet Felynus ibi in.xv.colū.pone=
deret in contrarium textus in dicto

UVA. BHSC. IyR_228_4

capitulo;cum Bertoldus in ver.irri-
tandam vt ſic: talis ſententia non ſit
ipſo iure nulla ſed annullāda ſiue cō-
demnatoꝛia ſiue abſolutoꝛia ſecundū
eum.ſed quod talis ſententia ſit nul-
la tenent etiam imo.⁊ moder.in dicta
lege ex diuerſo.§. fina.et in dicta lege
⁊ is ad quē. dicētes quod iſta eſt cō-
munis ſentētia doc.pꝛout ibi atteſtā-
tur Fran.are.⁊ poſt eū Jaſ.⁊ idē Jaſ.
in.d.l.pꝛima de erro.cal.et tenent ca-
no.relati a modernis.in dictis locis
bene facit dicta.l. pꝛima.§. pꝛimo ſo-
lum requirens manifeſtam expꝛeſſio
nem erroꝛis in ſententia ſiue iuris ſi-
ue facti vt ibi erat calculi erroꝛ.et pa-
ria ſunt vt dixi erroꝛem eſſe in ſenten
tia expꝛeſſum vel ſententiam ſe refer-
re ad acta in quibus eſt manifeſtus
erroꝛ et in excuſabilis. Si vero erroꝛ
non ſit ita manifeſtus ſed poſſit tol-
lerari et excuſari puta quia iudex in
ſententia dicit quia nō eſt pꝛobatum
titiū debere: ideo eum abſoluimus:
licet per duos teſtes bene ſit pꝛobatū
certe ſententia mero iure erit valida
quia poteſt eſſe quod iudex iuſta ra-
tione motus non adhibuit fidem te-
ſtibus. Jſtud pꝛobatur ad literam in
lege pꝛima.§. item cum contra verſi-
culo.quod ſi de iure.Et iſtam concoꝛ-
diam tenent imola Ludoui. Roma.
Alexander et Jaſon.in dicta lege.ſi
is ad quem.et Alexander in dicta.l.
ex diuerſo.§.finali.⁊ Antonius de bu
trio in capitulo ab excōmunicato.de
reſcrip.et Jaſo.in dicta lege pꝛima.C.
de erro.calcu.Pꝛemiſſa tamen reſtrin
genda ſunt in aliquibus pꝛimo dum
dixi quod ſententia lata per erroꝛem
de quo i actis apparet dūmodo in ſen
tentia erroꝛ non expꝛimatur vel ſen-
tentia ſe ad acta non referat quod eſt
mero iure valida.intellige niſi acta
in quibus continetur erroꝛ eſſent ta-
lia ad que de neceſſitate ſentētia de-
bet pura referri libellus vel ſententia
pꝛima reſpectu ſententie confirmato-
rie:quoniam talis erroꝛ etiam nō ex-
pꝛeſſus in ſententia bene vitiaret ſen-
tentiam ac ſi ſententia expꝛeſſe ſe re-
ferret et erroꝛ qui eſſet expꝛeſſus in li
bello videretur expꝛeſſus in ſentētia
iſta fuit ſententia Barto.ita ⁊ ſaluan
tis opi.Jaco. de are.in dicta.l.pꝛima
C.de erro.cal. quem ſequuntur Ale-
xander et Jaſon ibi ⁊ dicit Alexander
iſtud eſſe menti tenendum.Sed ſane
intellige quādo erroꝛ eſſet expꝛeſſus
in ipſo libello vel pꝛioꝛe ſententia:vt
quia diceret ago ex pacto nudo vel fi-
lius naturalis tantum ſiue ſpurius
agit querela hoc expꝛeſſo in libello
quod eſt naturalis vel ſpurius qui-
bus querela de iure non competit:vt
eſt gloſſa ſingularis in lege pꝛima.in
pꝛincipio in verſiculo naturales.ff.de
bonoꝛum poſſeſſio.contra tabu.quam
Barto. ibi dicit menti tenendam et
eam dicit ſingularem Bald.in.l.pꝛi-
ma.C.quo.bono.et in.l.filio pꝛeteri-
to.ff.de iniuſ. rup.et irri.fac.teſtamē.
quoniam hoc caſu cū libellus ſit in-
eptus et erroꝛ in eo expꝛeſſus ſenten-
tia ſuper illo lata erit ipſo iure nulla:
ad quod bene facit gloſ.reputata ſin-
gularis in verbo ſecūdum noſtre in-
ſti.de oblig.in pꝛincipio. quam dicit
ſingularem et nō alibi in mūdo Bal-
dus in.l.actoꝛi.C.de iureiurando. Se
cus ſi erroꝛ libelli eſſet tacitus puta
quia naturalis ageret querela ſimpli
citer dicendo ſe filium quia tali caſu
ſententia ſuper tali libello tacitum
erroꝛem continente mero iure valeret
et in rem iudicatam tranſiret:textus
eſt ſingularis in lege poſthumus.§.ſi
quis ex hijs.ff.de inofficio. teſtamen.
per quem ita limitat Baldus in lege
ſecunda.C.de re iudi.columna ſecun-
da vbi dicit illum textum valde ſin-
gularem.⁊ ſequitur Alexan.et Jaſ.in
d.l.pꝛima colum.fi.C. de erro.cal.Jtē
ſecundo aduerte ad id quod dixi pa-
ria eſſe ſententiam continere erroꝛem
expꝛeſſum vel expꝛeſſe referri ad acta
continentia erroꝛem intellige quan-
do talis relatio ſententie ad acta eſ-
ſet ſpecialis et expꝛeſſa puta per tale
inſtrumentum vel per tales teſtes vel

UVA. BHSC. IyR_228_4

per talem confeſſionem ſecus ſi gene=
ralis ⁊ indeterminata puta dicendo
viſis actis cauſe prout in omnib⁹ ſen
tētijs dici ſolet: quoniã ex tali genera
li relatione actorũ ſentētia nõ dicitur
referri ad acta vt
dicat errorē cōtine
re qui cōtinetur in
actis ita voluit ex=
preſſe Fran. are.in.d.l.ſi is ad quem
colum.pe.⁊ ibi ſequitur Iaſ.ea.colũ.⁊
idem Fran. are. in conſi. ſuo.clvij.in=
cip.viſis diligenter colum.j.ver. ex ſe
cundo etiam capite ⁊ ſequitur idem
Iaſ.in dicta.l.preſes ⁊ in.d.l.j.col.pe.
C.de erro.cal.Item aduerte quia ſi iu
dex in ſentētia fundaret ſe in proba=
tionibus a iure reprobatis puta dicē
do quia probatum fuit per duellum
vel experientiam ferri candētis.tunc
ſentētia eſt ipſo iure nulla per tex. in
c.ij.de pur.vul.per quē ita dicit Bal.
in.l.libertorum.C.de teſti. ⁊ ſequũtur
Alexã.⁊ Iaſ.in.d.l.ſi is ad quē. Item
quãdo ſentētia eſſet lata ex falſa cau=
ſa vel errore conſiſtente in facto noto=
rio:quia eſt ipſo iure nulla per tex.ſin
gularem.in ca.inter ceteras. de re iu=
di.quem dicit ſingularem Iaſ.in.d.l.
j.per quē probatur quod notoria ſen=
tentie iniquitas reddit ſentētiã ipſo
iure nullam ſm Panor.ibi de quo ta=
men ac de premiſſis omnibus vltra
ſcriben.ſupra memoratos vide latiſſi
me Feli. ſan. in.d.c.quoniam contra
falſam.col.xij.verſi.fallit primo. ⁊ tri=
bus ſequen.colũ.⁊ in.d.inter ceteras
vbi ad vnguē examinat predicta per
tres articulos primum de errore ſecũ
dum de falſa cauſa.tertium de noto=
ria iniuſtitia ſed certe notoria iniuſti
tia non reddit ſententiam ipſo iure
nullam ſecũdum Feli.vbi.ſ.⁊ de ſen=
tentia lata contra notorium facti qd
ſit nulla vide eundem Feli.in ca.per
tuas.de ſentē. excommu. colũ.ij.ver.⁊
hec queſtio.et per Alexã.remiſſiue.in
l.qui rome.§. duo fratres.colũ.xxviij.
de verb.obli.ff.Anto.de tre.

a ¶Incompetente.titulus hic alle=

a te [a] vel ſi dicatur iudicatũ
per falſas allegationes vel

gatus per authorem videlicet.C. ſi a
non compe.iudi.loquitur de incom=
petenti iudice id eſt nõ habēte iuriſ=
ditionem reſpectu cauſe de qua age=
batur et pariter de incompetentia ra=
tione perſone rei
conuenti in quam
iudex nullam ha=
bebat iuriſditiōez
quibus caſibus indubie iudicium eſt
nullũ niſi interueniat prorogatio ex=
preſſa vel tacita iuxta.l.j.⁊.ij.ff. de iu=
di.et.l.ſi qui ex conſenſu.C.de epiſco.
aud.⁊ merito poterit opponi poſt ſen
tentiam.Sed ſi iudex ſit incompetēs
ratione ſue perſone vt quia ſeruus fu
rioſus impubes vel infamis: tũc Bar
to.in.l.quidam conſulebat.ff. de re iu
di.voluit nota. quod ſi exceptio con=
cernat ſtatum iudicis puta quod eſt
minor.xviij. annis quod poterit op=
poni quandocunq; etiam poſt ſentē=
tiam et reddit iudicium retro nullum
per text.ibi.in principio illius.l.a cō=
trario ſenſu et quia prius Barto.lo=
cutus fuit de exceptione infamie et
poſtmodum exceptione ſtatum con=
cernente dicit eſſe ſpeciale vt poſt ſen
tētiam poſſit opponi ergo ſecus erit
in exceptione incompetentie propter
vitium perſone iudicis vt quia infa=
mis quia nõ poterit opponi poſt litē
cōteſtatam exemplo dilatoriarũ.l.ita
demum.C.de procu.et in tali nõ pro=
cederet dictum do. Uber.ſed Innocē.
in capi.ſuſcitatus.et poſt eum Anto.
de but.Imo.domi.et Feli.in.iij. colũ.
apertius loquuntur dicentes qd pro=
ceſſus iudicis qui patitur defectũ im=
peditiuũ iuriſditionis mero iure va=
let ſi nõ fuit oppoſitum.Niſi inhabi=
litas cēſeat a naturali defectu puta
furioſus ſurdus pupill⁹ vel aliud ſi=
mile:q; talis proceſſus eſt nullus.Se
cus ſi impedimētum cauſaretur a iu=
re ciuili vt femina vel īfamis vel niſi
opponeretur ſeruit⁹ iuxta.l.barbari⁹
ff.de offi.pto.de quo lati⁹ dic vt Feli.
vbi.ſ.Item aduerte quod in hac exce
ptiōe nullitatis ſententie ex defectu iu=



UVA. BHSC. IyR_228_4

riſditionis ſunt pro nunc tria ſpecia-
lia primum quia talis exceptio oppo
nitur poſt ſententiã ad impediendũ
executionem illius etiam ſi requirat
altiorem indaginem contra naturam
exceptionũ ipedi-
tiuarũ executiõis.

a inſtrumenſta ª falſa vel per

l.ille a quo.§.ſi de
teſtamento.ff.ad treb.ita voluit Ang.
in.l.fin.C.ſi ex fal.inſt.ſequuntur rap.
cu.Alex.⁊ Jaſ.in.l.iiij.§.condemnatũ
ff.de re iudi.Secundum quia talis ex
ceptio impedit executionem etiã triũ
ſententiarum conformium:per gloſ.
ſingularem.in cle.j.de ſeq.poſ.⁊ fruc.
vt dixi.s.e.in ver.annullari.Tertiuꝫ
quia quantumcunqꝫ ſtatutum tollat
exceptionem ⁊ mandet ſentẽtiam exe
cutioni mandari non obſtante qua-
cunqꝫ exceptione etiam nullitatis ta-
men poterit opponi exceptio nullita-
tis proueniẽs ex defectu iuriſditiõis
quando radicitus nullam hẽbat iuriſ
ditionem ſecundum Bal.in.l.genera
liter.col.j.in fi.C.de epiſ.⁊ cle.⁊ eundẽ
Bal.in.l.j.col.ij.ver.vltimo not.C.ſi a
non compe.iud.per gl.in.d.cle.j.quã
in.d.l.generaliter dicit eſſe ſingularẽ
et idem tenent Ang.Jmol.et Ro.in.l.
de pupillo.§.qui opus.de ope.no.nũ.
ff.⁊ ſequitur Alex.in addi.ad Bart.in
l.j.§.⁊ parui.ff.quod vi aut clam.Ant.
de tremo.

a ¶Uel inſtrumẽta falſa.vides ergo
authorem noſtrum ſentire ꝙ ſenten-
tia lata pretextu falſorũ teſtium vel
inſtrumentorũ eſt nulla ſicut qñ lata
a iudice incõpetẽti.⁊ ſic ipſo iure qđ
etiã voluit gl.in.c.cũ venerabilis.gl.
pe.⁊ ibi tenet Hoſt.de excep.quã alle
gãt Pau.⁊ moder.in.l.diu⁹.ff.de re iu
di.ſꝫ intrãdũ eſt ꝙ nõ allegẽt gl.aper
tiorem ſimpliciter volentem ſenten-
tiam pretextu falſorum teſtium vel in
ſtrumentorum latã eſſe ipſo iure nul-
lam.in.§.appellant.in ver.agentib⁹
ante medium ibi.Jtem vbicunqꝫ di-
ceretur iudicium fuiſſe nullum.inſti.
de excep.⁊ tenet Rap.cuma.in.d.l.di-
uus.in.iij.col.licet contrarium teneãt

communiter doc.vtilitatis huius in-
ueſtigationis conſiſtit quia ſi dicam⁹
ſententiam ipſo iure nullam abſqꝫ re-
ſtitutiõis beneficio poterit perpetuo
oppõi exceptio falſi ſeu replicatio ad
uerſus petentẽ exe
cutionez ſententie
cuꝫ regulariter ex
ceptiões ſint perpetue.l.pure.§.fi.de
excep.do.ff.ſi vero dicas qđ talis ſen-
tentia ſit mero iure valida ſed ſit op⁹
reſtitutione etiam ad fines excipiẽdi.
certe exceptio vel replicatio falſi non
poterit opponi niſi infra quadrien-
nium in integruꝫ reſtitutionis petẽ-
de.Et licet totus titulus.C.ſi ex fal.
inſt.nihil exprimat de reſtitutione in
integrum:ſed ſimpliciter dicat ſenten
tiam pretextu falſorum inſtrumento-
rum vel teſtiuꝫ latam non habere au
toritatem rei iudi.probata falſitate.
Attamen tex.in.d.l.diuus in duobus
locis probat quod ſit mero iure vali-
da dum loquitur de in integruꝫ reſti
tutione q: ſi eſſet nulla nõ eſſet opus
reſtitutiõe.l.in cauſe in.ij.ff.de mino.
quod enim nullum eſt reſcindi non
poteſt.c.ad diſſoluendum de deſpon.
impu.l.nã ⁊ ſi ſub cõditione.§.ſi poſt
defectũ.ff.de iniuſto.rup.irri.ve.fac.
teſta.ſed tex.in.d.l.diuus dicit retra-
ctandam ſententiam per in integruꝫ
reſtitutionez ergo eſt aliqua dato eñ
quod ſententia ſit lata per falſas pro
bationes non tamẽ propterea deficit
in ſubſtantialibus iuxta no.in.l.pro-
latam.C.de ſen.⁊ inter.omnium iudi.
cum teſtes non ſint de ſubſtantia ſen
tentie nec alie probationes ſecunduꝫ
Bar.in.d.l.prolatam ⁊ Pa.in.c.affer-
te.per illum tex.de preſum.Nec pro-
pterea eſt contra leges aut ſacras cõ-
ſtitutiones ſed contra ius litigatoris
l.ij.C.quando prouo.non eſt ne.cum
ſimilibus.Et quod ſit mero iure vali-
da tenent communiter docto.in.d.l.
diuus et glo.Bart.⁊ alij in.l.ij.C.ſi ex
fal.inſt.⁊ doct.in locis infra allegan-
dis.Sed ꝙ ſit neceſſaria reſtitutio pre
ambula etiam anteqꝫ competat dictis

UVA. BHSC. IyR_228_4

exceptio falſi ⁊ ꝙ debeat ꝓponi infra
quadriennium ſicut ſi ageretur ad re=
ſciſſionē ſententie officio iudicis iux
ta glo.in.d.l.diuus tenet expreſſe glo.
ſingularis in.l.qui agnitis glo. pe.ff.
de excep.quā ibi dixit ſingularē Jo.
de imol.⁊ cum eo illam ſequunt̄ Pan.
de ca.alexan.⁊ Jaſ.in.d.l. diuus Cyn.
Bal.Paul.Alexan.⁊ Jaſ.in.l.ſi ex fal=
ſis.C.de tranſac.⁊ Pe.Cy.Ray.⁊ Bal.
in.d.l.quere.C.ad.l.corne.de fal.⁊ iſta
eſt magis communis ⁊ vera ſecundū
moder.i.d.l.diuus. pro quo facit tex.
in.l.nam ⁊ poſtea.§.ſi minor.ff. de in=
iureiu.⁊ in.l. exceptiões que perſone
.§.fi.ff.de excep.⁊ licet tex.in.d.c. cum
venerabilis.⁊ in.c.licet cauſā de pro
ba.probent ſimpliciter dari exceptio=
nem falſi contra ſententiā per falſas
probationes latam.Attamen intelli=
gi debent petita prius reſtitutiōe qua
impetrata et obtenta exceptio ineſſe
ꝓducta bn̄ cōpetet perpetuo ⁊ ita in=
telligatur etiam glo.in.d.l.querela ſe
cundum Bal.ibi ⁊ Pan.alex.⁊ Jaſ. di
centem iſtam eſſe veritatem in.d.l. di
uus.Et ideo conſuluit Pan.ibi quod
ille qui obtinuit ſentētiam per falſas
probationes non petat illius execu=
tionem donec elapſo quadriennio ne
euigilet dormientem.Facias igitur
duas concluſiones prima ꝙ ſentētia
lata per falſos teſtes vel falſa inſtru=
menta ⁊ ſic per falſas probationes eſt
ipſo iure valida. Secunda quod ad=
uerſus talem ſententiam datur in in=
tegrum reſtitutio vel ad fines eam re
ſcindendi pretextu falſi vel ad fines
opponendi exceptionem falſi aduer=
ſus executionem illius petentem.Pri
mam concluſionem reſtringe in ſen=
tentia que deliberate ferri debet ſecꝰ
eniʒ in decreto iudicis quod nō cum
tanta deliberatione nec cum tanta ſo
lēnitate fertur ſicut ſentētia: quoniā
decretū per falſas probationes inter
poſitum eſt mero iure nullum ſicut ſi
ex falſa cauſa vel errore vt dixiꝰ ſupra
eod.in ver.errore.Secundo reſtringe
in ſententia lata contra maiorem ſe=
cus ſi eſſet lata contra minorem quia
eēt ipo iure nulla.l.j.vbi bar.not.C.ſi
fal.alleg.gl.fi.Bar.Ang. Pan.Alex.⁊
Jaſ.in.d.l.diuus glo.⁊ docto.in.d.c.lʒ
cauſam Bar.Alex.Are.⁊ Jaſ.in.l. ſi is
ad quem.ff.de acqui.here.vbi dicunt
iſtam eſſe communem licet tex.in.d.l.
j.per bar.allegatus non probet id ad
quod allegatur ſecundum moder.in
d.l.ſi is ⁊ in.d.l.diuꝰ.Intellige tamen
quando eſſet lata contra minorē pre=
ſentem ⁊ defenſum ⁊ per falſas ꝓba=
tiones:quia ſi contra minorem inde=
fenſum ex alio capite eſſet nulla etiā
non interuenientibus falſis ꝓbatiōi
bus.l.non ideo minus.C.de procu.cū
ſimilibus.¶Et quia eccleſia ⁊ minor
equiparantur prout equiparat gl.ſin
gularis in.§.item mixta alias eſt ver.
ſub.§.ex maleficijs in ver.in iudicium
inſti.de acti.volens quod ſicut reipſa
minori committitur mora ſine inter=
pellatiōe.l.in minorum.C.in quibus
cau.in inte.reſti.nō eſt neceſ.ita eccl'ie
quam dixit ſingularem Lud.ro.in.l.
ſi ex legati cauſa.ff.de ver.ob.⁊ idem
eſſe in fiſco tenet gloſ.ſingularis in.l.
cum quidam.§.fiſcus in ver.inferunt
ff.de vſu.quam dicit ſingularem idē
ro.vbi ſupra.item quia fiſcum mino=
rem ⁊ eccleſiam etiam equiparat glo.
ſingularis in.l.ſi procurator.§.j.gloſ.
fi.ff.de iure fiſ.volens ꝙ ſicut procura
tor fiſci vendens rem fiſci non poteſt
habere fidem de precio:ita nec minor
nec eccleſia quā dixit ſingularē Jaſ.
in.d.§.ex maleficijs nume.xxxv. Ideo
infertur quod ſicut ſententia lata con
tra minorem per falſas probationes
eſt ipſo iure nulla: ita lata cōtra eccle
ſiam ⁊ fiſcum ⁊ de eccleſia tenēt Alex.
⁊ Jaſ.in.l.diuus.⁊ in.d.l. ſi is ad quē.
⁊ Pa.in.d.c.licet cauſam.cum eccleſia
ſecundum eos vtatur iure minoris.
ca.j.de in integ. reſtit.⁊ de fiſco tenet
Paul.de caſt.in.l.ſeruo inuito.§.cum
pretor.ff.ad trebell. allegat gloſ.in.l.
vna.C.de ſen.aduer.fiſ.la.li.x. que ex=
tendit illum text.de fiſco loquentem
ad minorem ⁊ eccleſiam ꝙ aduerſus



UVA. BHSC. IyR_228_4

ſententiam contra ipſos latã per gratiam et ſordes iudicis detur in integrum reſtitutio. ad idem glo. in. l. imperatores. ff. de re iudica. que illũ tex. extendit in fiſco loquentem ad eccleſiam et pupillum vt pretextu inſtrumentorum de novo repertorum poſſit ſententia cõtra eos lata retractari. Tertio reſtringe in ſententia lata per falſas[a] probationes contra maiorẽ preſentẽ: quoniam ſecus ſi cõtra maiorẽ abſentẽ per ꝓbationes falſas dolo adverſarij factas quibus tribus concurrentibus ſentẽtia erit ipſo iure nulla per tex. ſingularem ſm Barto. Bald. Pau. ibi in. l. ſi preterea. §. marcellus. ff. de iud. per Barto. ⁊ moder. in dicta. l. divus. per Angelum Paulum et doctores. in dicto. §. cum pretor.

¶ Secundam concluſionem intellige primo niſi in cauſa libertatis quia ſi pro libertate eſſet pronuntiatum per falſas probationes dolo advocati illius qui vicit concurrente nõ retractaretur ſentẽtia per in integrũ reſtitutionem ſed dabitur regreſſus victo cõtra advocatum vincentis per textum in. l. ſi dolo. ff. de dolo. ſm Angelum in dicto. §. cum pretor. ⁊ Alexã. et moder. in. d. l. divus. ¶ Secũdo intellige quando iudex fuit motus ad iudicandum per illas falſas probationes vt ſtatim dicet autor. Tertio niſi falſitas fuiſſet deducta ante ſententiam et de illa fuiſſet cognitum: et per iudicem ea non obſtante pronuntiatum: quia poſtmodum illius pretextu non poterit contra ſententiã in integrum reſtitutio poſtulari. l. finali. in fine. vbi Bartolus et doctores C. de fide inſtrumento. et in. l. j. vbi etiam Bartolus et alij. C. ſi ex fal. inſtrumen. et Bartolus et ceteri in dicta. l. diu⁹. Quarto intellige vbi eſſet lata ſententia per falſos teſtes ⁊ non fuiſſet ante ſententiam in cauſa publicatum: quoniam publicatio omiſſa nõ reddit proceſſum nullũ: vt eſt glo. ſingularis. in. c. fi. de here. li. vj. quã dicit ſingularem Alexã. in. d. l. divus. etiam ſi eſſet petita licet ex hoc poſſit pars petens appellare vt per Jmol. ⁊ Alexã. ibi. Secus enim ſi fuiſſent publicate atteſtationes teſtium falſorũ ⁊ per in integrũ reſtitutionẽ vellet victus probare directam falſitatẽ puta teſtes depoſuerunt me corã tali et tali recepiſſe mutuum a tali. Jn tali loco ⁊ tali die ego volo cõtrariũ probare per illos met certe non potero: quia ſuper eiſdẽ articulis vel directo cõtrarijs teſtes nõ recipiuntur poſt publicatas atteſtationes propter timorem ſubornationis clemẽti. ij. de probationibus. Sʒ per indirectum bene poſſem probare falſitatem puta probãdo quod eo die quo teſtes falſi dicũt me recepiſſe rome me mutuũ ego erã capue iuxta. c. ex tenore. de teſtib⁹. ⁊. l. optimã. C. de cõtrahen. ⁊ cõmittẽ. ſtip. talis enim indirecta ꝓbatio bene admittit̃ etiã poſt publicatas atteſtationes vt declarant Bar. ⁊ doc. in aut. at qui ſemel. colum. penult. C. de probationibus. ⁊ Bald. in. l. per hanc. colũ. vj. ver. or modo. C. de tempore appella. et tenet Alex. in d. l. divus. col. j. ⁊ hoc caſu nõ obſtãte publicatione haberet locũ reſtitutio vcʒ qñ falſitas indirecta deduceretur et etiam quãdo directa vbi nõ fuiſſet publicatũ in cauſa. Et idẽ dicit Alex. vbi. ſ. qñ cum falſitate directa allegaretur corruptio qꝛ ꝓpter mixturã corruptionis diceret̃ novũ capitulum ⁊ poſſet nõ obſtãte publicatiõe falſitas directa ꝓbari ⁊ haberet locũ reſtitutio ꝓut volunt expreſſe Bart. ⁊ alij in dicta autenti. at qui ſemel. ⁊ Jnnocẽ. Jo. an. ⁊ alij. in. d. c. lʒ cauſam. Utrum autẽ ad obtinendã in integrũ reſtitutionẽ adverſus ſententiã per falſos teſtes latam ſit neceſſe probare vtrũq; ſcilicet falſitatem ⁊ corruptelaʒ an vero alterum ſufficiat dices ſtatim in ſequen. addi. Anto. de tremo.

a ¶ Falſos teſtes. quis autẽ dicatur

falſus teſtis pro nūc dic q̄d nō ſolum
qui immutat vel occultat veritatē ve-
rūmetiā qui veritatē per pecuniā di-
cit:vt eſt tex.cū glo.ſingulari.in verſi
cu.aduocationē.in.l.j.in prin.ff. ad le
gem corneliā. de fal.quā dicit reputa
ri ſingularem Jaſ.in.l.diuus.col. pe-
nul.ff.de re iudicata.Sed idem vide-
tur velle glo.in.c.licet cauſam. in ver
ſi.ſe aſtrinxerit.de probationibus.Et
quod eoipſo quod teſtis eſt pecunia
corrupt⁹ preſumat falſuꝫ depoſuiſſe:
eſt tex.ſingularis in.d.l.diuus.in ver
ſiculo vt ſi tibi. ſm Jmo. ibi quem re-
fert Alexan.Sed que poteſt eſſe ratio
quod ſententia lata a iudice pecunia
corrupto ſit mero iure nulla.l. vena-
les.C.quando prouo.non eſt neceſ. ſꝫ
non lata pretextu teſtiū pecunia cor-
ruptorum que mero iure tenet vt dixi
in preced.additio. Dic ex mente ſcri-
bentium in dicta.l.diuus.quod talis
corruptio iudicis magis inficit ſentē
tiam quaꝫ corruptio teſtis ex eo quia
iudex eſt de pſonis ſubſtātiātibus iu
dicium.c.forus de verbo.ſignificatio
ni.Sed nō teſtes cū iudicium poſſit
eſſe ſine teſtibus ꝛ probationibus.c.
afferte.vbi Panor.in.iij. col. per illuꝫ
textum.de preſumptioni. Barto.in.l.
prolatam.C. de.ſen. et interlocu.oim
iudicum. Et eadeꝫ ratione corruptio
aduocati vel procuratoris partis ad-
uerſe non inficit ſententiam vitio nul
litatis:quia ſine illis poteſt iudicium
ſubſiſtere vt dixi ſupra eodem.in ver-
ſiculo pecunia corrupto.Sed nūc mo
ueo dubitationem vtrum ſicut corrū-
pens iudicem vel aduocatū aut pro-
curatorem aduerſarij perdit cauſam.
vt in.l.j.C.de pe.iud.qui ma.iudi.Jta
corrumpens pecunia teſtes breuiter
dic quod non ſm Bartolum.in.l. fal-
ſam.C. ſi ex fal.inſti. et eundem Bar-
to.in.l. in fraudem.§.quoties apud fi
ſcum.ff.de iure fiſci . et in. l. prima.§.
ſed et conſtitutio.ad finem.ff.de calū.
licet in aliquibus impreſſionibus cor
rupte loquatur de aduocato non de
teſte et bene probatur in toto titu. c.
ſi ex fal.inſti.et teſtib.et in.d.l.diuus.
et in.l. qui agnitis. ff. de exceptioni-
bus.quibus iurib⁹ falſo probato cau
ſa inſtauratur:ergo non eſt perdita:ꝛ
hoc tenent etiam Jmol. Alexand. et
Jaſ.in dicta.l. diuus. quia iſtud non
eſt iure cautum. et dicta.l. prima. pe-
nalis non venit amplianda.l.cū qui-
dam.ff.de liberis et poſthumis. Li-
cet falſificans acta cauſe bene perdat
cauſam:vt eſt text.iuncta gloſ. ſingu-
lari.in.d.l. in fraudem.§.quoties. gl.
ſi.quā dicit ſingularē Bald.in.c. pri-
mo.columna penulti.vt lit. non con-
teſta.et Bald.in.l.finali.C.de pe.iud.
qui ma.iudi. dicit idem eſſe in corrū-
pente notarium actorum per dictū.§.
quoties.ꝛ dictam gloſ.ibi Barto. no-
tat ꝛ eam ſequuntur docto. in dicta.l.
diuus.Secundo quero vtrum ad ob-
tinendum reſciſſionem ſententie per
falſos teſtes late ſit neceſſe probare
teſtes falſum depoſuiſſe ꝛ fuiſſe corru
ptos an alterum ſufficiat dic quod
ſi te aſtrinxeris ad vtrūqꝫ probanduꝫ
falſitatem et corruptelam vtrūqꝫ ha-
bes probare neceſſe.c.licet cauſaꝫ. de
probatio.de quo latius moder. in di-
cta.l.diuus. Si vero ſe non aſtrinxe-
rit dico quod ſufficit probare falſitatē
ſolam ſine corruptela: vt voluit gloſ.
que communiter tenetur a doct. in di
cta.l.diuus.in verbo corruptis immo
plus quod etiam ſi dolus vel ſcientia
producentis non interuenerit proba
ta tamē ſit falſitas adhuc retractabi-
tur ſententia per in integrum reſtitu
tionem.per gloſ.ſingularem.in.l.ſi ex
falſis.in verſi.precipimus.ꝛ ibi Bar-
to.et doctores.C.de tranſactio.quam
Paulus de caſtro.ibi dicit ſingulari-
ter notādā. et cū illa glo.tenēt Bar-
tol. et ceteri. in.l. ſi is ad quem. ff. de
acquirenda hereditate.et Alexand. ꝛ
Jaſ. in dicta.l. diuus. Sed probatio
ſolius corruptele ſine probatione fal
ſitatis nō ſufficeret ad ſentētie retra-
ctationem nec induceret in integruꝫ
reſtitutionē niſi eſſet corruptio pecu-
nie:qꝛ illa facit teſtem falſariū. vt ſu-



UVA. BHSC. IyR_228_4

ſubornatos [a] teſtes. Vel ſi dicat quis ingenuus [b] pronūciatꝰ non aſſiſtente iuſto contradictore vt iſta per ordinem comprobantur C. de procura. l. licet. et. ff. de indi. l. licet verum. et. C, quando prouoca. non eſt neceſ. l. venales. et. C. de pe. indi. qui ma. indi. l. prima. et antentica nouo iure. ⁊. ff. ad trebellia. l. ſeruo iuncto. §. cum pretor. ⁊. C. ſi a nō compet. iudic. per totum. et. C. ſi ex fal. inſti. et teſti. per totum. et. ff. de re iudicata. l. diuus adrianus. ⁊. ff. de iudi. l. ſi pretor. §. marcellus. ⁊. ff. de col. de=
4 teg. l. cum nō iuſto. ¶ † Et, qd̄ dixi ſententiā annullari pretextu falſorum teſtium vel inſtrumentorū intelligas eſſe verum quando iudex fidem adhibuit falſis teſtibꝰ et inſtrumentis ⁊ illa ſecutꝰ pronuntiauit: vt. ff. de re iudi. l. cum prolatis. et. C. ſi ex fal. inſt. l. j. qd̄ in dubio preſumo [c] qñ dicit in ſententia viſis teſtibus ⁊ inſtrumentis. Et cum prefate exceptiones ⁊ beneficia poſt ſniam opponātur poſt ſententiam probabuntur [d]

pra dixi. Si ergo eſſent teſtes pcibus corrupti aut alias quam pecunia vel rei interuentu et hoc probaretur ſine probatione falſitatis non retractaretur ſententia cum hoc nō reperiatur iure cautum ſecundū Bartolū Imo. Paulus de caſtro. Alexan. et Iaſon. in dicta. l. diuus. ⁊ Ioan. and. car. flo. ⁊ Pa. in duobꝰ locis. in dicto. c. licet cauſaꝫ. quicqd ibi velle videat gloſ. Anto. de tre.

a ¶ Subornatos. ſi intelligis de corruptis precibꝰ peſſime ſentiret author iſte cuꝫ vt ſtatim dixi corruptela teſtium precibꝰ corruptorum non inducat ſentētie retractationem nec eo pretextu concedatur in integruꝫ reſtitutio. Ant. de tremolis.

b ¶ Ingenuꝰ pronuntiatus. qꝛ hec materia ingenuitatis ſeruitutis et libertinitatis apd nos palatia nō intrat videbis de intellectu. l. ingenium. ff. de ſta. ho. ⁊. l. cum nō iuſto. hic alleg. Ale. de imo. latiſſime in repe. l. ſepe. colū. xv. et. xvj. ver. addit etiam glo. ff. de re iudi. ⁊ dices aliqd. j. eodem. ver. fina. in ver. ingenuitatis.

c ¶ Preſumo. Intellige ſane quando nō erāt alie probationes quas potuerit ſequi niſi ille falſe. qꝛ ſi eſſent alie non falſe et que ſufficerent vt poſſet ſententia ferri puta quatuor erāt producti teſtes duo falſi id eſt pecunia corrupti et duo veri. tunc non retractaretur ſententia pretextu falſorum quia preſumetur ſecutus nō falſas pro dationes niſi contrarium probaretur. l. pe. C. ſi ex fal. inſt. ſecunduꝫ Pau. Alexan. et Iaſon. in ſecūda col. in dicta. l. diuus. et glo. et docto. in dicto capitulo licet cauſam vltimo pro complemento huius materie dic ꝙ ſicut ſententia retractatur pretextu falſorum inſtrumētorum vel teſtium ita tranſactio. per textus ſingulareꝫ ſecundum Paulū ibi. in. l. ſi ex falſis. C. de tranſ. etiam ſi eſſet iurata quia iuramentum non nocet iuranti vbi interuenit falſitas per illum textum. ſicut nō nocet vbi interuenit ſimulatio: per glo. ſingularem. in lege emptione. vbi Bald. et alij ſcriben. C. plus valere quod agi. quam dixit ſingularem pa. in capitulo ad noſtraꝫ. colum. v. de emp. et venditio. Antonius de tremolis.

d ¶ Probabuntur. aduerte quia iſto do. author in his verbis iuncto verſiculo ſequen. videtur conſtituere differentiam inter exceptiones que poſſunt deduci et probari poſt ſententiam in rem iudicatam tranſactam et illas que deducuntur ante ſententiam ſiue concluſionem in cauſa vt publicatio facta obſtet. probandis ante ſententiam. Non his que poſſunt probari poſt ſententiam in rem iudicatam tranſactam. et ſic citra remediuꝫ appellationis de quibus in hoc titulo tractatur. Quem=

UVA. BHSC. IyR_228_4

Cetere autem peremptorie que ante ſententiam pure vel conditionaliter proponuntur ſunt probande a reo antequam teſtificata didicerit[a] iure nouo. vt in aut. de teſtib; .§. q: vero multi. et .§. illud. et iacet. C. de probationi. autentica at qui ſemel.

admodum in cauſa appellationis non obſtaret publicatio in prima inſtantia facta iure ciuili. l. per hāc. C. de temp. appellatio. Sed certe contrarium puto ſi exceptio eſſet directo contraria vt dixi poſt Alexan. ẜ. eo. verſi. idem dico. in verſic. inſtrumenta falſa: ideo intellige quod hic dicit poſt ſententiaʒ probabuntur niſi exceptiones contineret facta directo contraria deductis ante ſententiam ſuper quibus teſtes publicati fuerunt producti indirecta autē probatio bene admitteretur. per clemen. ij. de teſtibus. et. c. ex tenore. eo. titu. cum ſimilibus. Antonius de tre.

a ¶ Teſtificata didicerit. iſtud ſane intelligunt Jac. de are. ⁊ Barto. in dicto .§. quia vero multi. qñ producerentur teſtes poſt publicatas atteſtationes ſuper eodē articulo vel directo cōtrario ꝓpter timorē ſubornatiōis ſec⁹ ſi ſuꝑ nouo articulo et eſt glo. ordi. in c. de teſtib. glo. fi. de teſti. quā dicit ordi. Barto. in. d. §. quia vero multi et no. in capitulo fraternitatis. et in. c. ſeries. eodem titu. Et in hoc ſatis conueniunt iura canoñ. et ciuilia quo ad productionem teſtium fiendaʒ in prima inſtantia poſt publicatas atteſtationes. Sed quo ad cauſam appellationis iura ciuilia videntur directo contrariari iuri canonico cum iure ciuili non probatum in prima inſtantia liceat ſimpliciter probare in ſecunda non obſtante publicatione lege per hanc. C. de tempo. ap. Secus vero iure cano. cum non liceat poſt publicatas atteſtationes ſuper eodem articulo vel directo contrario teſtes producere nec in prima inſtantia nec in ſecunda per text. apertum. in clementi. ſecunda de teſti. Et iura ciuilia ſeruabūtur in foro ceſaris id eſt in terris imperij et foro temporali et cano. foro ſpirituali ſiue eccleſiaſtico et in ſeculari in terris de temporali iuriſditione eccleſie per nota. in capitulo ſecundo. de regulis iuris libro ſexto et in capitulo primo de no. oper. nun. ſecundū Baldum in dicta lege per hanc. colum. vij. verſicu. ex hoc ſequitur et eundē Bald. in lege eos .§. ſi quid autem. C. de app. et in dicto capitulo fraternitatis. ⁊ Pau. de caſtr. in auk. at qui ſemel. C. de proba. colum. ſecunda. dicit ita tenere doctores. ¶ Sed Bart. in dicta lege per hanc. colum. fina. dicit ſtandum dicte decretali fraternitatis et quod deciſio cano. de qua in dicta clemen. ſecūda ſit ſeruanda etiam in foro temporali facit quia licet extra materiā peccati quodlibet ius ſeruetur in ſuo foro vbi deciſio vtriuſq; iuris eſt aperta et indubia. Attamen vbi de aliquo puncto iuris eſt dubitatio inter legiſtas tunc per deciſionem papalē cenſetur eorum dubitatio ſopita ⁊ eſt ipſi deciſioni papali adherendū etiā inter eos ſiue in foro ſeculari per nota. in capitulo licet ex ſuſcepto. de fo. compet. et in. c. per venerabilem. qui fi. ſint legiti. et in. c. raynutius. de teſta. prout iſtud tenent Anto. de but. Jmol. et Feli. in. j. colum. in. d. c. fraternitatis. et Pe. de anch. in repe. c. j. col. xvj. de conſti. et Anto. de imo. in capitulo ſuper literis. de reſcript. et Pa. in c. cum tempore. col. fi. de arbit. Et ſic habes ꝙ ſiue in prima inſtantia ſiue in cauſa appellationis publicatio atteſtationum impedit alios teſtes produci ſuper eiſdem articulis vel directo contrarijs timore ſubornationis: quod tamen multipliciter limitant ſcribentes ſignanter Feli. in. d. c. fraternitatis. colum. ij. cum. iiij. ſequentibus. ad quē ꝓ nūc te remitto al's ſuo cōpetentiori loco dictur⁹. Ant. de tre.

UVA. BHSC. IyR_228_4

a ¶Opponi autē.iſtum ver.vſq; ad ver.et etiam interdum poſuit ſpe.in ti.de exceptio.§.viſo. verſic.ſed quia debet autore ſuppreſſo.

b ¶Rei coherentes.ideo dicit rei coherentes quoniã exceptiones perſo a ne coherentes et b perſonalia beneficia ad heredes nō tranſeunt ſed cum c perſona extinguūtur.l.maritū.ꝛ.l.q; tale.ff.ſo.ma. Sed difficultas eſt laborioſa an et qñ in dubio priuilegium conceſſum perſone cenſeat eſſe perſonale an reale:de quo videas plene. Alex.in.d.l.quia tale ad quem etiam remittit Iaſ.in.l.j. in fi.ff.de conſti.princ.Sed ne inutili iuris articulo moleſta tibi ſit nuda remiſſio cui librorum nō eſt ampla ſuppellex dic ex mēte Bar.ꝛ aliorū in.d.l. quia tale.ꝙ ſi priuilegium ſiue a lege ſiue a principe conceſſum nunꝙ incepit competere viuente defuncto tunc in dubio eſt perſonale.vt.d.l.j.de conſti.princ.ff.Si vero incepit competere viuente defuncto tunc aut inducit exceptionem vel defenſionem peremptoriam ꝛ tunc tranſit ad heredes.l. iij.§.quod autē.ff.quod quiſq; iur.in alte.ſta.Et ideo mulier exceptionem velleiani et minor beneficium reſtitutionis in integrum ad heredes tranſmittunt.l.ad heredes.C. ad vel.et.l. non ſoluꝫ.ff.de in integ.reſti.Aut inducit exceptionem dilatoriam ꝛ ad tēpus et ad heredes non tranſit et ob id maritus priuilegium ne vltra ꝙ facere poteſt exigatur cum ſit temporale vſq;quo peruenerit ad pinguiorem fortunam.l.vna.§.cum autem.C. de rei vxo.act.ad heredes non tranſmittit.d.l.maritum.ꝛ dixi.§.eodem titulo.in princi.in verſicu.et ceteri.Si vero priuilegium non inducat exceptionem ſed ſolam conceſſionem alicuius iuris tunc quatenus fuit facta executio in vita eius cui fuit cōceſſuꝫ tranſit ad heredes et non in plus vt

¶Oppponi [a] autē poſſunt peremptorie rei [b] coherentes ꝛ que ante ſententiam et que poſt ſententiã ſunt opponēde a principalib⁹ perſonis et ab earum heredib⁹ [c]

eſt text.valde nota.ſecundum Barto. ibi.l.l.j.§.permittitur.ff.de aqua quo. et eſti.facit.l.ſi defuncta.ff.de vſufru. Et in caſib⁹ qb⁹ dixi priuilegium nō trāſire ad heredē.itellige ſiue ſuū ſiue extraneū p text.i.l. non ſolū.§.ſi puelle iuncta gloſ.j.ff. de ri.nup.ꝙ cōiter tenetur ſm Alexand.vbi.ſ.Antonius de tremo.

c ¶Earum heredibus.cui iuris fictione cenſentur eedem perſone cum defunctis qui in eos tranſmittunt hereditatem dicit text.in auten.de iureiu.a mo.preſti.in princip.columna quinta.et ipſos defunctos repreſentat ſaltim pro portione hereditaria in qua ſuccedunt vt eſt gloſ.multum nota.et ordinaria.in lege ſecunda.§.fina. vbi Barto. dicit multum not.ff.de preto.ſtipu.et eam dicit ordi.Iaſ.in lege ſecunda.§.ex his.colū. prima.ff.de verborum obligatio.Et ideo mortuo debitore vel creditore actiones perſonales hereditarie tam actiue ꝙ paſſiue tranſeunt et diuidūtur ipſo iure inter heredes pro portionibus hereditarijs.lege ſecunda. C.de hered.act.et lege cum a matre. C.de rei vend.et.l.ſi ab eo.C.de nego. geſt.Et nedum tranſeunt verum etiã ab ipſis heredibus incipiunt.vt in lege vna.et que ibi per Cyn.et alios notan.C.vt acti.ab hered.et contra here.incip.¶Et quia heres cenſetur eadem perſona cum defuncto nimirum ſi exceptio non continens beneficium mere perſonale que competebat defuncto detur etiam heredi ei⁹ perſonam repreſentanti. Et viceuerſa exceptio que competebat contra defunctum competat etiam contra eius heredem vt ſtatim ſubdit autor. ¶Quod tamen ſane intelligas vt ſimul expediam niſi heres pretenderet ius ex perſona propria quod defuncto non competebat et ageret non tanꝙ heres per text.ſingularem

UVA. BHSC. IyR_228_4

et non alibi ſecundum Bartolum Baldum. et alios. in lege fina. C. de euictio. vbi heres fideiuſſoris agens ex perſona ſua non tanquam heres nō poteſt repelli exceptione euictionis qua fuiſſet repulſus fideiuſſor de quo textu facit magnum feſtum Iaſ. in dicta lege ſecunda. §. ex his columna ſecunda. et dixi aliquid ſupra titulo quibus modis ſuo nomine ciuiliter agētis, verſiculo excipitur quocꝫ. Anto. de tremolis.

a Et a fideiuſſoribꝰ a ꝛ mādatoribꝰ

a ¶ Et a fideiuſſoribus. intellige primo in terminis quibus loquitur videlicet in exceptione coherente rei. Secus enim ſi perſone quia perſonale priuilegium ſicut non tranſit ad heredem ſic nec ad fideiuſſorem dicta lege exceptiones que perſone hic allega. et lege et ſi fideiuſſor. ff. de re iudicata. quoniam fideiuſſor illius qui non poteſt exigi niſi inquantum facere pōt poterit exigi inſolidū ꝛ inſolidū habebit actionē mādati aduerſus principalem ex cuius perſona fuerit exactus ſecundum gloſ. et doctores ibi. Et ſic per indirectum conſequetur creditor videlicet conueniēdo fideiuſſorem quod directo non poteſt conſequi ab ipſo principali cōtra legē finalē. in fine. C. de vſuris rei iudicate. et regulam cum quid. de regulis iuris libro ſexto.

¶ Sed hoc ideo eſt quia eſt quod ſibi imputet reus principalis qui fideiuſſorem dedit ſciens ſibi competere beneficium. Item eſt quod ſibi imputet ſi tempore quo fideiuſſor conueniebatur non comparuit ad ſuſcipiendum ad ſe iudicium et ex perſona ſua non oppoſuit exceptionem quod non tenebatur vltra quam ꝛc. et quod ſua intereſt ne fideiuſſor ipſe habiturus regreſſum contra eum inſolidum condemnetur quod facere ei eſt permiſſum per textum ſingularem. in lege idemcꝫ. §. generaliter. ff. manda. ſecundum Imol. quem ibi refert Iaſon. in dicta lege et ſi fideiuſſor. et per illum textum. Ita tenent Alberi. de roſa. Bartolus. et alij ſignanter Alexand. ꝛ Iaſon. in lege et ſi fideiuſſor. et Bartolus et Baldus in lege verum. in principio. ff. pro ſoci. et Paul. et docto. in lege maritum. ff. ſoluto matri.

¶ Debet tamen hoc caſu fideiuſſor ad conſequendam actionem mandati denuntiari principali vt veniat ad eum defendendum et iudicium in ſe ſuſcipiendum per textum. in dicto. §. generaliter. et nota. in lege ſi fideiuſſor. §. quedam. in gloſ. mag. eodem titulo. et declarat Iaſon. in dicta lege ꝛ ſi fideiuſſor.

¶ Idem et ſecundo dicas in exceptione mixta inducta propter perſonam et propter leſionem ſimul. vt in integrum reſtitutione que conceſſa minori non prodeſt fideiuſſori. lege prima et ſecunda. C. de fideiuſ. mino. licet bene detur heredi minoris vt dixi ſupra eodem in penult. additio. eo quia non eſt mere perſonalis vt optime declarat Paulus de caſtro in dicta lege prima. Tertio intellige quod exceptio que competit principali datur fideiuſſori quando fideiuſſor eſſet habiturus regreſſum contra principalem alias ſi non ſit habiturus regreſſum vt quia fideiuſſit animo donandi vel in rem ſuaꝫ ꝛ alijs caſibus nota. in lege et heredi. §. fina. ff. de pactis. tunc non competeret exceptio fideiuſſori que cōpetit principali: iſte eſt text. in lege quod dictum. vbi docto. ff. de pactis. Et per hoc infertur quod ſi fideiuſſor erat debitor illius pro quo fideiuſſit in tanta ſumma in quam fideiuſſit certe ei fideiuſſori conuento non competit exceptio que principali reo bene competeret: cum non ſit habiturus regreſ-

UVA. BHSC. IyR_228_4

ſum vt voluit gloſ.valde notanda.in
l.prima.§.finali.in verſiculo patron⁹
ff.qua.re.actio.non da.quaꝫ dicit val
de nota.Jaſon.in dicta.l.quod dictũ.
Quarto intellige prout iſte ſubdit qñ
remaneret ſtatus
principalis debi- a
toris integer.Se-
cus enim ſi eſſet
mutatus et bona
eius inſolidũ vel
in parte confiſca-
ta:quia pro parte
confiſcata princi-
palis ipſe exuitur ƒ
ab actionibus.l.j.
C.ꝺ fideiuſ.⁊ actio
nes actiue ⁊ paſſi- b
ue trãſeũt in fiſcũ.
l.ſi vt proponis.C.de bo.preſcri.⁊.l.ij.
C.ſoluto matrimonio.⁊.l.ſi marito.in
principio.ff.eodem,cũ ſimilibus.ſal-
tim pure ⁊ in diem concepte licet non
conditionales:vt eſt text,ſingularis.
in.l.quoties.ff.de nouatio.ſecundum
Bartolum Angel.Jmo.et Pau.de ca-
ſtro.ibi et dicit Paul.quod ille tex.in
fine.eſt ad hoc ſingularis et alibi non
ita bene habetur de quo tamen vide
ibi Alexand.in additionib⁹ ad Bart.
et in dicta.l.ſi marito.in principio be
ne eſt verum quod legata conditiona
lia non tranſeunt in fiſcum per gloſ.
ſingularem.in verſic.preſens.in.l.nã
ad ea.ff.de conditione et demonſtra-
tione,quam dicit non eſſe alibi Bal.
in.l.etiam.prope finem.C.ad legem
falcidiam.Ad propoſitum ergo dico
quod tali caſu quo mutatur ſtatus
ꝑncipalis rei ſiue debitoris exceptio
competens ipſi debitori videlicet qꝺ
eſt confiſcatus ⁊ quod non poteſt con
ueniri non tranſit in fideiuſſorem.
Jmmo poteſt fideiuſſor conueniri et
exigi per textum.in dicta lege prima.
C.de fideiuſſoribus.et in lege defen-
ſiones.C.de exceptionibus.Econuer
ſo.dic quod liberatio facta fideiuſſori
non prodeſt reo principali.lege fide-
iuſſoris.ff.de pactis.ſicut etiam ſentẽ
tia contra fideiuſſorem lata eidẽ prin
cipali non nocet per textum ſingula-
rem.in lege et poſt rem iudicatam.ff.
de tranſactionib⁹.quem ibi dicũt no
ta.Bald.⁊ Angel.et ſingularem dixit
Bald.in.c.in pre-
ſentia.col.fi.de re-
nun. Anto.de tre.

etiam inuitis[a] reis eorũ ſtatu in-
tegro manente,vt.ff.de exceptio-
nibus.l.exceptiones.que perſone
.§.rei aũt.⁊.l.oẽs.⁊.C.de exceptio
nibus.l. defenſiones.⁊.ff.de iure
fiſci.l.in fraudẽ.§.ſi principalis.⁊
C.de fideiuſſoribus.l.j.⁊.l.ſniam.
⁊.ff.de fideiuſſo.l.vbicũqꝫ.⁊.ff.de
regulis iuris.l.heredẽ.¶†Et qꝺ
dixi recipit inſtantiã in exceptio-
ne pacti vbi pactũ de nõ petendo
eſt perſonale[b] q; non ꝓficit here-

a ¶Etiam inui-
tis. vſqꝫ adeo qꝺ
poſtqꝫ eſt queſita
ſemel exceptio fi-
deiuſſori etiã pa-
cto ipſius princi-
palis non poteſt
ipſe ꝑncipalis pa-
cto contrario illaꝫ
tollere fideiuſſori
eo nolente per tex.
nota.ſecunduꝫ Bartolũ.ibi.in.l.fi.ff.
de pactis cum concor.per gloſ.⁊ doct.
ibi adductis.Jus enim queſitũ tertio
ex meo contractu non poſſum illi tol-
lere:per textũ. in.l.prima.§.ſi ſeruus
communis.ff.de ſti.ſer,⁊ gloſ.in.l.cer
ti.conditio.§.ſi nummos in gloſ.ma-
gna.ff.ſi certum petatur etiam ſi eſſet
queſituꝫ per diſpoſitionem legalem.
per textum.in.l.ſi poſt morteꝫ.§.fina.
ff.de bonorum poſſeſſione contra ta-
bulas.et textus, in.l.ſi conſtante.in
fine.C.de donatio.ante nuptias, per
quẽ Bal.in vtraqꝫ lectura.in fine no-
ta.dicit ꝙ qñ ex cõtractu vel facto cõ-
trahentiũ vel occaſione contract⁹ per
diſpoſitionem legalem eſt queſitũ ter
tio ius in re vel ſpe irreuocabili non
põt ei tolli nec a cõtractu recedi in ei⁹
preiudicium per dicta iura. Signan-
ter dixi ſpe irreuocabili propter.l.ter
tia.§.ſi is. pro quo.vbi glo.⁊ docto.ff.
qꝺ quiſqꝫ iur.in alte.ſta.de q̃ lati⁹ vide
Pau.ꝺ ca.⁊ Jaſ.i.ꝺ.l.fi.Ant.de tre.
b ¶Eſt ꝑſonale.q̃liter aũt cõſtituat
iſtud pactũ ꝑſonale qꝺ non extendit
ad fideiuſſorẽ habes tex.nota.i.l.niſi
ff.ꝺ pactis.ꝑ quẽ notãt ibi Bar.Ang.
Fulgoſi.Paul.Alexand.⁊ Moder.qꝺ
ad conſtituendum pactum mere per-
ſonale ita quod perſonam non egre-

UVA. BHSC. IyR_228_4

di neqꝫ fideiuſſori. ff. de pactis. l. idem in duobꝰ. §. perſonale. ¶ Et poſſunt opponi cōtra paciſcētes ⁊ illos qui in iudicio ſe offerunt ⁊ in eorum heredes ⁊ emptores[a] ⁊ legatarios vtentes ſuorum autorū iure. ff. de doli exceptio. l. apud celſum. §. de autoris. ⁊ §. ſi cū legitima. ⁊ argumentū. ff. de acquirēda poſſeſſione. l. pōponius. §. cum quis adminiculo. ¶ Et interdū[b] contra illos qui in iudicio nō fuerunt vt in illis caſibus in quibus ſententia facit ius quo ad oēs.

diatur et nō cōpetat ex eo exceptio fideiuſſori requiritur quod in pacto opponatur dictio taxatiua puta promitto non petere a te tantum et iſtud pactum appellant perſonaliſſimū Pau. ⁊ Jaſ. ibi. ⁊ Alexā. in. l. ⁊ heredi. i prīcipio. illo eodem titulo. Alias quando fieret ſimpliciter pactū de nō pe ſ tēdo a debitore ſine taxatiua adijciēdo perſonā debitoris verbo executiuo licet pactuꝫ ſit perſonale hoc tamen eſt alio reſpectu videlicet vt extinguatur cū perſona debitoris cui eſt factum pactum: tamen eo viuente bene egredit̄ ⁊ ſe extendit ad alios. d. l. et heredi. in prin. vbi gloſ. et declarat Bart. in. l. ſi tibi. §. pactum conuētum. ⁊ in. l. qui in futurum. in prin. eo. titu. ff. de pac. dicens duplici reſpectu ſiue conſideratione poſſe dici pactuꝫ perſonale vno. vt extinguatur cū perſona alio vt perſonam non egrediatur quod fit per dictionem taxatiuam et de tali loquitur autor iſte. Hoc tamen ſane intellige niſi cum perſona paciſcentis puta debitoris adijceret̄ perſona vnius ex futuris heredibus puta promittis non petere a me nec a titio herede meo: quia tunc licet in perſona heredis non ſit adiecta taxatiua tamen pactum cenſebitur mere ꝑſonale quo ad alios et incluſio vniꝰ tendet ad excluſionē aliorum. text. eſt ad hoc ſingularis ſecundum Albericū Rap. Ful. ⁊ Jaſ. ibi in. l. auus. ff. de pacti. per quem text. ita limitat dictā legē niſi. Jaſ. ibi dicens illum tex. ad hoc notandum. Anto. de tremo.

a ¶ Emptores. et contra quemlibet ſingularem ſucceſſorem in quem licet non tranſeat ius agendi ſine ceſſione l. in creditore. ff. de euic. cū ſi. tamē bene trāſit ius excipiendi cōpetēs ſuper re aliqua. l. etiam ſi in rem. ff. de iureiur. Et nedum actiue ſed etiam paſſiue hoc eſt qꝫ trāſit cōtra ſucceſſorē ſingularem eius contra quem exceptio cōpetebat. l. ideoqꝫ in fi. ff. pro ſoc. de qua tamen materia ⁊ qd̄ de iure excipiēdi coherēte ꝑſone vide p Guil. de cug. Ray. ⁊ Bal. in. d. l. etiā ſi in rē. ⁊ per Dy. ⁊ Bart. in. l. ſi tertius. §. ſi quis priꝰ. ff. de aq plu. arcē. ⁊ per docto. in. l. ij. C. quod me. cau. ⁊ p cano. i c. quia gu. de iudi. ⁊ per Dy. in regula. is qui in ius. lib. vj. Qd̄ tamen nō ꝓcederet in eo cui eſt facta delegatio quia regulariter exceptio que obſtat ⁊ deleganti non obſtat ei cui eſt facta delegatio. l. doli. ff. de noua. qꝫ is cui ē facta delegatio nitit̄ ex ſua ꝓpria ſtipulatione de quo qꝫ in pleriſqꝫ caſibꝰ recipit inſtantiā vide Ang. are. inſti. de exce. in ꝑn. col. xiiij. ⁊ dixi aliquid. in. ti. q̄. mo. ſuo. no. ci. agē. ver. itē agere in verbo bannitus ⁊ in ver. excommunicatus. Anto. de tremolis.

b ¶ Et interdum. Bene dixit interdum quoniam regulariter nedū actꝰ inter alios extra iudicium geſtus alteri non nocet. l. j. ⁊ per totum. C. res inter alios acta. Sed etiam ſententia lata pro vno vel contra vnum alteri non prodeſt neqꝫ nocet. l. j. ⁊ per to. C. qui. res iud. nō no. ſiue in cauſis ciuilibus ſiue criminalibꝰ lege iuris manifeſti eodem titu. de qua regula in lege ſepe. ff. de re iudi. et in capitulo penul. eo. titu. Iſta autem regula multas patitur exceptiōes quarū quaſdā ponit doctor noſter hic et gloſſ. in lege ſecunda. C. quibus res iud. nō no. et plenius gloſſ. in dicto capitulo pe. vbi Fely. atteſtatur iſtam materiam

UVA. BHSC. IyR_228_4

eſſe ampliſſimam ⁊ mirabiliter ⁊ ſolēniſſime extenſam per Alexan.de imo. in repe.d.l.ſepe.vnde.vltra caſus hic poſitos per autorem quibus ſuo loco pauca admodum ad nectam recenſebo quoſdam alios caſus vtiliores et vſitatiores in quib⁹ res inter alios iudicata tertio preiudicat. Primus itaq; erit qui ponitur in dicta lege ſepe.et in dicto capitulo penul.videlicet quando ille tertius ad quem principaliter pertinebat actio vel defenſio eius rei de qua agitur ſcit et patitur alium prius agere de eodem iure vel patitur alium agere de iure quod ipſe tertius patiens habet ex perſona agentis quia his caſibus ſententia inter alios lata illi tertio ſcienti et patienti bene preiudicabit.¶Quod ſcribētes ſignanter Alex.⁊ Fely.in locis preallegatis declarant procedere qñ ſcientia tertij patientis interuenit tēpore proceſſus pendentis ſec⁹ ſi iam lata erat ſententia ſecundum Bald. in lege ſecunda.C. de fide inſtr. Niſi eſſet appellatum per eum contra quē lata erat et penderet appellationis cauſa:quia tunc ſufficeret ſcientia pēdente cauſa appellationis ſecundum Joan.de imo.in.l.a ſententia in prin. in.iij.queſtio.prin.ff.de appel.¶Secūdo intelligunt quando ille tertius ſciret agi cauſam de iure ad ipſum ſpectāte et ipſum ius ſibi tertio competere.Secus ſi ignoraret ſecundum Innocen.in capitulo ſuborta vbi etiā Antonius de bu.de re iud.quia ignorans ſuo iuri renuntiari videtur.l.eſe mater decedens.ff. de inoffic. teſta.Tertio aduerte quod his caſibus ſufficit ſcientia licet non interuenerit citatio:quia licet ad hoc vt ſententia noceat tertio regulariter requiratur illius citatio.lege ſi eo tempore.vbi Barto.C.de remiſ. pig. tamen fallit in caſibus poſitis in dicta lege ſepe. in quibus ſufficit ſola ſcientia:vt eſt gloſa ſingularis reputata in lege de vnoquoq;:in gloſſa ſecūda.ff.de re iudicata.quam dicit reputari ſingularem Alexand.in dicta lege ſepe colū. octaua et tenent Innocen.in dicto capitulo penul.et Pau.de caſtro Imo. et Alexan.colum.quinta in dicta lege ſepe.⁊ Bal.in.l.ij.C.de fide inſtru.pre alle.⁊ in.l.ij.C.communi diui.¶Secundus caſus erit quando ſententia eſſet lata principaliter contra vnum ad vtilitatem publicam vel fiſci et ad augendum eius burſam:quia preiudicaret et ad quem peruenitur ex conſequentia puta ex forma ſtatuti pater tenetur ſoluere condemnationez pro filio et ſententia eſt lata contra filium certe preiudicabit patri et mandabitur contra eum executioni ſine nouo proceſſu:iſta fuit nota.deciſio Barto. in.l.cum filius in prin.colum.ſecunda.ff.de verborum obligat.⁊ in ſua diſputa.incip.peruſine ciuitatis ſtatuto.⁊ ꝓbatur in.l.j.C.vbi cau.fiſ.⁊ in c.cum ſecundum.de here.li.vj.⁊ in.l. quiſquis.C.ad.l. iuliam maieſta.vbi ſecundum eum ſententia lata contra patrem habet effectum inferēde pene in filium abſq; nouo proceſſu.Et idem voluit Bal.in.l.j.colum.pen.C. ne fi.pro pa.⁊ alibi ſepe ſequitur etiā Anto.de but.in.d.c.pe.de re iudicata dicens ſententiam latam per quam fuit pronuntiatum aliquez iniuſte remotum a beneficio preiudicare illi q̄ fuerat loco remoti ſubrogatus:quia ſecundum eum tangitur publica vtilitas.⁊ ita dicit ſe intelligere tex.in.c. ad petitionē de accu.et Anto.de but. ſequitur Alexand.in.d.l.ſepe.col.xxij. poſt Imo.in.d.c.pe.¶Tertius caſus erit in ſententia per principem lata que facit ius quo ad omnes cum habeat vim legis ⁊ ſecundum illam debeant ceteri iudicare in ſimili caſu.c. in cauſis de re iudicata ⁊.l.fin.C.de legi.ſecundum Alexandrum vbi ſupra. Aduerte tamen q; ſi iudex iudicaret contra talem ſententiaz principis nō clauſam in corpore iuris ſententia ob id nō redderetur nulla imo mero iure valeret ⁊ in rem iudicatam tranſiret:⁊ iō eſſet opus appellatiōe p textū

UVA. BHSC. IyR_228_4

in.l.cū ꝓlatis.ff.de re iudicata.ſm ſe-
cundū intellectum gloſſa ibi que ſin-
gulariter limitat et declarat.d.l.fina.
vt dicunt Barto.⁊ omnes in.d.l.cum
ꝓlatis.et dicetur infra titulo primo
verſiculo item ſi expreſſim.¶ Quartꝰ
caſus quando ſtatutum hoc diſpone-
ret vt ſcilicet ſententia contra vnum
lata mandetur executioni cōtra aliū:
vt in ſtatuto predicto quod filio con-
demnato pater teneatur pro eo vſqꝫ
ad legitimam. Quod ſtatutum licet
ſit iniquiſſimum ſecundum Baldum
per illum textum in lege ſi filius.C.
de bo.dam.et eundem Baldum ⁊ mo
der.in.l.lex cornelia.ff.de vulga.⁊ pu
pil.dicentes ſapere tyrannidem.At-
tamen valet et tenet: vt eſt glo.ordi.⁊
non alibi in rub.C.de decre.decu.lib.
x.quam dicit ordi.⁊ non alibi Bal.in
d.l.lex cornelia circa medium et eam
etiaꝫ dicit ordi.in lege prima.colum.
j.C.ne fil.pro pa.⁊ pro ea eſt text.et
ibi Pe.de ancha.in capitulo ſecundo
de delic.pue.Et iſta eſt cōmunis opi-
nio et in practica ſeruatur ſecundum
Jmolam et Alexand.in dicta lege lex
cornelia.Quod intellige verum in pe
na pecuniaria ſecus in corporali quia
ſtatutum imponens penam corpora-
lem patri pro filio non valeret. per
textum ſingularem in capitulo cum
homo.xxiij.queſtione quinta.per quē
text.ita limitat Baldus in dicta lege
prima.C.ne fi.pro.pa.⁊ illum ad hoc
dicit ſingularem Alexan.de Jmol.in
dicta lege lex cornelia.colum.prima
ad finem.Et licet Bald.in rub.C.res
inter ali.ac.voluerit ideꝫ in pena in-
famie quod in corporali vt ſtatuto fie
ri non poſſit quod vnus teneatur pe
na infamie pro alterius delicto.Atta
men Alexand.in dicta lege ſepe.col.
quarta tenet contrarium per legem
quiſquis.C.ad legem iuliam maie.
vbi hoc fit per legem: ergo et poterit
fieri per ſtatutum: et ad idem allegat
Jnnocen. hoc volentem in capitulo
grauem.ad finem de ſen.excōicatio.
¶ Quinto aduerte qꝫ res inter alios
acta aliȷ̈ nō nocet qñ eſt oīno aliꝰ ſecꝰ
ſi nō oīno aliꝰ puta vniuerſalis vł ſin
gularis ſucceſſor ſecundum Jnno.in
dicto capitulo penul.per textum in le
ge ſi a te.§.fina.et lege exceptio.ff.de
excep.rei iudicate.¶ Unde eſt ꝙ ſen-
tentia lata contra venditorem here-
ditatis preiudicat emptori lege ſecū-
da.§.ſolet queri.ff.de hered. vel act.
ven.et ſententia lata contra heredeꝫ
preiudicat ei qui in locum eius ſuc-
ceſſit: puta ſubſtituto vel coheredi ꝑ
ius accreſcendi quod nō expirat reſti
tutione in integrum contra aditionē
poſtulata.l.ex cōtractu vbi de hoc vl-
timo eſt textus melior de iure ſecun-
dum Bartolum Baldum.⁊ Alexand.
ibi.ff.de re iudicata.Et ſimiliter lata
contra inſtitutum preiudicat fideicō-
miſſario cui erat reſtituta hereditas:
per textum in lege ſi patroni.§.fin.ff.
ad trebel.etiam non citato ſecundum
Paul.et Alexand.ibi et eundem Ale
xand.in dicta lege ſepe.col.xxvj.idem
dicentem in ſententia nullitatis la-
ta contra heredem quod preiudicet
legatariȷ̈s etiam non citatis imo plꝰ
ſecundum eum quoniam non requi-
ritur ſcientia ipſorum legatariorum
per textum meliorem de iure in lege
ſi ſuperatus.verſicu.at quin aliud.ff.
de pigno.¶ Jtem quia conreus non
eſt omnino alius a ſuo conreo ſenten
tia lata contra vnum ex conreis noce
bit alteri ⁊ viceuerſa pro vno lata al-
teri ꝓderit de quo tamen et de duobꝰ
reis debendi vide Barto.late diſtin-
guentem in.l.ex duobus reis ſtipulā
di.in quarta queſtione.ff.de duobus
reis.Et licet Bartolus in lege denun
tiaſſe.§.queritur.ff.ad legem iuliam
de adulte.dixerit quod ſententia per
quam vnus ex conreis ſtipulandi eſt
condemnatus de falſo nō preiudicet
alteri conreo per.l.ſi vteris.que eſt.ij.
C.de fide inſtru.hoc tñ procedit quā-
do fuit actum criminaliter ad effectū
criminalem: quia ſecus ſi ageretur ci-
uiliter ſiue ad effectū ciuilem: qꝫ tunc
ſententia lata contra vnum ex cōreis

UVA. BHSC. IyR_228_4

credēdi bene noceret alteri per textū ſingularem in dicta lege ex duobus reis ſecundum ſecundaȝ lecturā glo. vbi Bartolus ⁊ Angelus. ⁊ ita per illum textum limitat ⁊ illum dicit ſingularem Alexan. in dicta. l. ſepe colū. duodecima. Sexto dico quod licet ſententia inter alios lata tertio non noceat quo ad plenum preiudicium tamen bene nocet quo ad qualequale preiudicium. per text. in lege ſi duo patroni. in principio verſicu. multum tamen fidei. et ibi gloſſa in verſicu. habiturum. ff. de iureiurando et textus in. l. a ſententia in principio cum glo. j. ff. de appellationibus. Et licet Bartolus in lege admonendi columna octaua verſicu. ſexto eſſet videndum. ff. de iureiurando velit tale qualequale preiudicium operari vt ſit deferendum iuramentum ei pro quo iudicatum eſt et ſic quod operetur ſemiplenam probationem per textum in dicta lege ſi duo patroni ponderatum vt per eum: et Bartolus ſequit̄ Anto. de but. in dicto capitulo penulti. columm. tertia de re iudicata. Attamē contrarium tenuit gloſſa in lege tertia §. primo verſiculo idem tamē in verſicu. lenior. ff. de mino. et gloſſa in lege finali in principio gloſ. mag. poſt princi. ff. quod metus cauſa quas ſequitur Ange. in dicta lege ſi duo. ⁊ in l. ſciendum. ff. de verborum obligationibus. vt referunt Moderni in dicta lege ſi duo. et contrarium etiā tenuit ibi Cynus Albericus Bald⁹ Raph. et moder. ⁊ Iaſ. in repe. dicta lege admonendi. colum. lxxxiij. et Franc. de cur. cōſi. ſuo. lxxij. incip. magnifice vir. colum. ſecunda: quoniam ſecundum eum dictio qualiſqualis non importat dimidiaȝ ſed minus dimidia per legem apud labeoneȝ. §. ait pretor in vlti. ff. de iureiurando. Niſi forte vbi ageretur de facto antiquo de quo vide per Iaſon. in dicta lege ſi duo columna ſecunda. in princ. ⁊ in. d. repe. colūna. lxxxiij. vel niſi cum illo qualiquali preiudicio inſurgente ex ſententia contra alium obtenta concurrerent alie preſumptiones per gloſ. ſingularem in lege tertia. §. eiuſdem. ff. de teſti. quam dicit ſingulareȝ Baldus in capitulo accedens in ſecundo in fin. vt lit. non conteſt. ſecundum Ludouicum. ⁊ Iaſon. in dicta lege ſi duo. Alias non haberet vim ſemiplene ꝓbationis nec hoc vllo iure probatur. ¶ Bene veruȝ eſt ꝙ talis qualiſqualis preſumptio: ſiue qualequale preiudicium bene operatur quod data paritate probationum hincinde ille eſt preferendus et pro eo debet ferri ſententia qui habet illam qualemqualeȝ preſumptionem. glo. eſt nota. et ſingularis in dicta lege ſi duo patroni in prin. in ver. autoritatis: quam iſti notant Bar. ⁊ doctores ⁊ eam Ang. ibi dicit meliorem que ſit in iure: ⁊ eam dicit ſingularem in repe. l. ſciendum. col. x. ff. de verb. oblig. ⁊ in. l. j. ff. de excep. rei iudi. ⁊ eam pro peregrina ⁊ ſingulariter notāda exclamat Rap. Fulg. in. d. l. ſi duo. Et ꝑ illa gl. facit quod volunt glo. in. c. dilectus. in. ij. in verbo dantes de ſimonia ⁊ i. c. iterrogatū. gl. ij. ij. q. v. qꝺ ſententia lata cōtra vnū ſuper aliq̄ crimine nō nocet alteri ſed ſolum facit preſumptionē vt ſit indicēda purgatio. ad idē glo. in. c. ordinatos. lix. diſ. que vult confeſſionem vnius non nocere alteri: niſi quo ad preſumptionē ꝑdictā indicēde purgatiōis. ¶ Et ex hoc ſeptimo infertur qꝺ ſnīa inter alios lata inducit cōtra tertiū complicē infamiā facti: vt ſit ſibi de iure canonico indicēda purgatio ꝑ iura ꝑxime allegata. ¶ Octauo operat̄ aliū effectum ſnīa iter alios lata veȝ qꝺ ille q̄ hȝ cōtra ſe p̄ſumptionē ſnīe inter alios late non poteſt preſcribere ſine titulo vbi alias ſufficeret bona fides. c. j. iuſtis ibi nota. per Archi. ⁊ Ioan. and. in nouel. de p̄ſcrip. lib. vj. ⁊ ſequit̄ Alexan. col. xxij. in. d. l. ſepe. ¶ Nono ſententia inter alios lata preiudicat tertio quo ad preparandam viam tertio ad agēdum lege prima vbi cau. fiſca.

C. puta

UVA. BHSC. IyR_228_4

c. puta ſententia lata contra occiſores defuncti preparat viam fiſco vt poſſit agi contra heredes negligentes vendicare mortem defuncti ad cōfiſcationem bonorum et ſic quo ad ordinandum iudicium non quo ad deciſionem: et ita Bald. ibi not. per illum textum ad idem quod not. Bald. per illum textum in. l. ſi quis homicidij. C. de accu. volens quod ſententia inter alios lata preiudicat alteri in preparatorijs alterius iudicij. adducit etiam tex. in. l. in cognitione. ff. ad ſena. ſille. et idem tenet Bald. in lege prima. in fine. C. de aduo. diuer. iudicum. et in. l. ſecunda in vlti. nota. C. de fide inſtrumen. quem ſequitur Alexander in dicta lege ſepe. columna. xiiij. et Felinus in dicto capitulo pen. columna. iiij. verſicu. ad quartum.

¶ Decimo generaliter fallit vbi quis tertius eſſet citatus: quia citatio tertij cuius intereſt et cuius ius in iudicium deductum eſt operatur vt poſtmodum ſententia lata contra reum noceat ipſi tertio per no. per gloſſam in. l. cum miles. §. primo in verſicu. in facienda. ff. ex quibus cauſis ma. ⁊ in lege. ſi deſerta. C. ſi propter pub. pe. et per Barto. in lege in cauſe in. j. §. finali. ff. de mino. ⁊ c. inter quatuor. et ca. fina. de ma. et obe. et in. l. ſi eo tempore. vbi Barto. ca. de remiſ. pigno. cum ſimi. Unde dicebat Antonius de but. in capitulo cum ſuper. de re iudi. qđ quando tertius cuius intereſt ratione qualiſqualis preiudicij comparet pendente cauſa principali liti aſſiſtēdo et illam iuuando ſi feratur ſententia contra reum nocebit ipſi tertio ex quo fuit in iudicio. Quod procedit ſiue citatio fuerit facta ab homine ſiue a lege puta in caſu in capitu. primo. de elec. lib. vj. quoniam talis etiam citatio operat̄ vt ſententia contra vnū lata tertio ſic citato preiudicet ſecundum Joannez an. in capitulo fina. vt lit. pend. lib. vj. in nouel. quem ſequitur Alexander in. d. l. ſepe colum. iij. bene facit glo. ſecundum eum ſingularis reputata in cle. vna gl. fi. in cauda. de do. et contu. que vult maiorem eſſe contumaciam citati a lege quam non licuit ignorare quam a iudice de qua gloſ. dicetur infra titulo ſecundo in principio. Premiſſam tamen concluſionem vt citato ſiue a lege ſiue ab homine preiudicet ſententia contra alium lata: limita dummodo ille citatus comparuerit ſaltim in caſibus in quibus poſſet perueniri ad diffinitiuam reo abſente: alias enim ſi diceremus indiſtincte citato tertio fieri p̄iudicium conſequeretur actor per indirectum citādo incidenter quod nō poſſet conſequi directo principaliter contra illum tertium agendo: ſcilicet diffinitiuam ſententiam contra. l. fi. capi. ſi manci. ita ve. et capitulo tue. de procu. cum ſimilibus. Jta nota. limitat Panormitanus in capitulo cū ſuper. de re iudicata. quem refert et ſequitur Alexander vbi ſupra. Qui etiā ex mente Pauli de caſtro limitat dictam concluſionem quando illud idem ius quod fuit deductum contra vnum pertinebat illi tertio: ſecus ſi eſſet diuerſum licet ab eodem fonte puta creditor egit contra vnum ex heredibus debitoris ad dimidiam debiti: certe ſententia contra illum lata non preiudicabit alteri coheredi quo ad aliam dimidiam licet fuerit citatus et comparere noluerit: quia de parte ſui coheredis noluit ſe intromittere et hoc ideo: quia ſuum ius eſt diuerſum: et hoc bene probatur in lege cum queritur cum duobus ſequentibus. et in lege ſi cum vno. de exceptio. rei iudica. ff. et ita etiam voluit Jmola in lege a ſentētia. in principio. ff. de appellatio. ita limitans dicta Antonij de butrio in dicto capitulo cum ſuper de quibus videto latius Alexādrū vbi ſupra. Alios quoſdam caſus videbis ſtatim: ⁊ vide eūdem Anthonium in titulo quib⁹ modis ſuo nomine ciuili. agen. verſiculo. Jtem agere impeditur venditor. Antonius de tremolis.

P

UVA. BHSC. IyR_228_4

Ut in cauſa filiationis [a] ingenuitatis [b] et querela inofficioſi teſti

a Filiationis. Idē dicit gloſ. in dicto. §. ſi ex cauſa hic allega. gloſ. ſecunda ꝛ glo. in capitulo penultimo. de re iudicata. Sed an idem in cauſa legitimitatis an ſententia lata qđ talis ſit legitimus vel illegitim⁹ faciat ius a quo ad omnes. Et b licet Innocen. in capitulo cauſaꝫ in. §. qui fil. ſint legi. dixerit aliud eſſe in cauſa filiationis ꝛ aliud in cauſa legitimitatis in qua non reperitur ſecundum eum in iure cautum quod faciat ius quo ad omnes. Attamen Cynus in lege ingenuum hic allegata. ꝛ Baldus et Salycetus in lege ſecunda. C. qui res indica. et Imola et Alexander columna. xvij. in lege ſepe. ff. de re iudica. et Antonius de butrio in dicto capitulo cauſam. ꝛ idem Antonius et Imo. in capitulo penultimo de re iudica. tenent idē eſſe in cauſa legitimitatis ꝛ filiationis. In quib⁹ erit diſtinguēdum ex mente eorūdem quod aut agitur de priuato commodo: puta de hereditate inteſtata ꝛ opponitur agenti quod non eſt legitimus certe ſentētia lata ſuper legitimitate nō nocebit alteri tertio forte coheredi ipſius victi pretendēti eque principale intereſſe lege cum duobus. C. de inofficio. teſtamen. gloſ. in capitulo dilecto. in verſiculo obſiſtat. de preben. Sꝫ pretendentibus intereſſe in conſequentiam bene preiudicabit. l. prima in fine cum. l. ſequen. et ſequen. in principio. ff. de libe. ag. hic alleg. Aut agitur circa id quod reſpicit publicū intereſſe puta vocato ad honoreꝫ decurionatus opponitur quod eſt ſpurius vt repellatur iuxta. l. generaliter. §. ſpurios. ff. de decu. ꝛ eo. fil. certe ſi pronūtietur legitimus preiudicabit ſentētia omnibus reſpectu eiuſdem intereſſe publici argumen. §. in popularibus hic alleg. Et premiſſa procederent etiam vbi eſſet queſtio an quis eſſet ſui iuris vel in patria poteſtate ſecundum Angelum in lege prima. §. penultimo per illum textum. ff. de liberis exhiben. et Baldus in dicta lege ingenuum. et Baldus et Salycetus in dicta lege ſecunda. C. qui res iudica. Et idem ſecundum doctores in locis preallegatis vbi eſſet queſtio ſuper alio ſtatu perſone puta ſuper clericatu ciuilitate: monachatione: origine: aſcripticiatu: minori etate: ſexu puta an ſit hermofrodita. Secus ſi ſuper qualitate patrimonij puta qꝛ fuit pronuntiatum quem eſſe vaſſallum regis quoniam talis ſententia non faceret ius quo ad alios ſecundum Baldum et Salycetum in dicta lege ſecunda. de quibus omnibus latius Alexander in dicta lege ſepe columna decimanona. et ſequen. Anto. de tremolis.

b Ingenuitatis. Iſtud itellige qñ erat queſtio de ſeruitute ad ingenuitatem ꝛ quis eſt pronuntiatus ingenuus quoniam talis ſententia faciet ius quo ad omnes ſecus ſi ſolum eſſet queſtio de libertate ad ingenuitateꝫ: quia eo caſu non datur tantus fauor ſententie cum cauſa non ſit ita fauorabilis. Iſta eſt gloſſa ſingularis in lege prima. ff. ſi liber. ingenui. eſſe dica. quam dicit ſingularem Imo. in dicta lege ſepe. ꝛ ibi refert Alexander colūna. xv. ꝛ illam gloſſam ſequut⁹ eſt Innocentius in capitulo cauſam. in ſecūdo. qui fil. ſint legi. Sed Jacobus de are. ꝛ benedic. de plū. in dicta lege prima et Imo. ꝛ Alexander in dicta lege ſepe. et Antonius de But. in dicto capitulo cauſam. et in capitulo penulti. de re iudicata tenent contrarium per textum in dicta lege ingenuuꝫ vbi ſit mentio de libertino ꝛ ingenuo ꝛ glo. in dicto. §. ex cauſa ſimpliciter dicit de cauſa ingenuitatis ſicut dicit hic author. Et ideo ſiue ſit queſtio de ſeruitute ad ingenuitatem ſiue de libertinitate ad ingenuitatem dicas quod ſententia ſuper ſtatu perſone facit ius quo ad omnes qui non princi-

UVA. BHSC. IyR_228_4

paliter pretendunt intereſſe ſed minus principaliter puta quo ad honores ⁊ matrimonium qḋ de iure ciuili erat ſeruis cum liberis interdictuʒ.l. cum ancillis.C.de inceſt.nup.Sʒ quo ad pretendētes eq̄

principale intereſ a iure veteri non autem nouo [a] et

ſe ſcilicet quo ad dicentes ſe dominos vel patronos talis ſentētia nõ facit ius neq̄ eis preiudicabit per dictã.l.j. ⁊.l.patronum ff.ſi libe.inge.eſſe dica.ſecundũ Cyn. in.d.l.ingenuuʒ quem ſequunt̃ Imo. ⁊ alexã.in.d.l.ſepe licet aliqui voluerint cõtrarium in dicta.l.j.diſtinguẽtes vtrum pronũtietur ingenuus: vt tunc ſentẽtia lata cõtra vnum ex patronis noceat alteri ſecus ſi pronũtietur libertus ſʒ tu dicas in vtroq̄ idẽ per regulam que hʒ q̄ vbi de ſui natura ſentẽtia facit ius quo ad alios nũquã tamẽ nocet habẽtibus eque principale ius per.d.l.cũ duobus iũcto.§. ſi ex cauſa hic alleg.ſm Alex. in.d.l.ſepe.col.xvj. ¶ Et lʒ gl. ſingularis in.l. cognitio.§.j.in ver.ne varie.ff.de libe. cau.voluerit diſtinguere vtruʒ fuerit lata ſentẽtia cõtra vnũ dñm agentem pro parte vel inſoliduʒ vt primo caſu ſentẽtia cõtra illum lata conſocio nõ preiudicet per.l.duob⁹.ff.de libe.cau. ſed ſecũdo caſu preiudicet alteri etiã pretendenti ſe dominum ſerui inſolidum quam glo.dicit ſingularẽ reputari Alexan.in.d.l.ſepe:tamen Imo.⁊ Alex.ibidem poſt Cy.in dicta.l. ingenuum tenent contrarium per text.in d.l.j.⁊.d.l.patronum vbi ſententia cõtra vnum patronum.lata alteri etiaʒ ſi inſolidum patronum pretendenti non preiudicat ergo nec alteri ſe inſolidum dominum dicenti. Et premiſſa omnia videlʒ quod ſentẽtia lata pro filiatiõe ⁊ ingenuitate faciat ius quo ad omnes intellige procedere quando fuit lata aſſiſtente principali contradictore ad quem principaliter ſpectabat defenſio puta contra patrẽ cõtra patronum: alias ſolum preiudicaret illis cõtra quos lata eſt ſm Ange. ⁊ Pau.de ca.in.d.§.ſi ex cauſa per tex. in.l.j.ff.de excep.rei iud.vbi etiam expreſſe Bar.⁊ Rap. cuma.quo vero ad ipſum principalem ſiue iuſtum contradictorem non aſſiſtentem nihil valeret.l.cũ nõ iuſto ff.de collu. deteg.⁊ hoc ẽt ſequit̃ Alexã.vbi.ſ.col.xv.in fi.Anto.de tre.

a] ¶ Non autẽ nouo. Hoc idẽ voluit glo.in.l.nã ⁊ hijs.§.j.⁊ in.d.l.papinianus.§.ſi ex cauſa in verſi. nõ valet.ff. de inoffi.teſta. ⁊ in.l.iure noſtro.§. fi. ff.de teſta.tute.⁊ in.l.cũ filius.in pn. in ver.placuit de le.ſecũdo.dicẽtes qḋ hodie reputo teſtata ex cauſa preteritionis vel exheredationis legata debentur ⁊ ſic ſententia contra heredeʒ lata in cauſa querele non nocebit legatarijs ⁊ hoc vult dicere anthor iſte in hijs verbis non autem nouo. Et licet aliqui antiqui tenuerint contrarium vt per Cy.⁊ Bar.in dicta autentica ex cauſa attamen glo.predicte cõmuniter tenentur ſecundum Alex.in d.l.ſepe col.vij. dicentem idem eſſe in omnibus caſibus legata debẽtur hereditate non adita de quibus in lege eam quam.C. de fideicom.quoniaʒ in illis ſententia lata contra heredẽ nõ nocebit legatarijs. Sed pulchrum dubium eſt vtrum ſentẽtia lata ſup nullitate teſtamenti per quam pronũtiatum eſt contra heredem teſtamẽtum eſſe nulluʒ preiudicet legatarijs. glo. in.d.§.ſi ex cauſa.quam ibi ſequũtur Barto.Angelus ⁊ alij tenuit quod ſic quam etiam Bar.⁊ Ange. ſequuntur in.l.j.ff.de doli.except.contra gloſ.ibi contrarium tenentem ⁊ quod preiudicet tenent Iaco.de are. Barto.Ange. ⁊ moder.in.l.ſi ſeruus plurium.§.primo.ff.de leg.primo ⁊ Imo.⁊ Alexan. in dicta lege ſepe.⁊ ibi dicit Alex.col. ſeptima quod iſta eſt magis communis opinio ⁊ ab ea non eſſe recedendũ pro qua adducit tex.in.l.ſi patroni.§.finali.vbi doc.ff.ad treb. vbi ſentẽtia ſuper nullitate teſtamenti cõtra heredem nocet fideicõmiſſario ad idẽ



UVA. BHSC. IyR_228_4

adducit text.in.l.fina.C. de peti.here. Et idē dicas in ſentētia ſuper falſitate teſtamenti cōtra heredē lata quod preiudicet legatarijs ſm Jacobū de are. Barto. Ange. Jmol. Pau. de caſt. et moder. in. d.l. ſi ſeruus plurium.§. a primo. per textū. in.l.ſi in fraudem. a contrario ſenſu. C.de leg. Et quod idē ſit quando pronuntiat ſuper nullitate ⁊ ſuper falſo. voluit Antoniꝰ de butrio in.c. cauſam. in.ij. qui fil. ſint legiti.⁊ Alexander in dicta.l.ſepe. Unde dicas ex mente eorum quod ſentētia lata ſuper nullitate vel facultate contra illum cuius principaliter intereſt puta contra heredem preiudicat his omnibus quos negotium tangit et commodū conſequuntur in conſequentiam puta legatarijs ⁊ fideicōmiſſarijs: vt.d.§. ſi ex cauſa.⁊.d.l.ſi in fraudem. ſed lata cōtra vnum nō preiudicabit alteri pretendenti ius eque principale puta lata ꝯtra vnū heredē ſcriptū nō preiudicabit eiꝰ coheredi. l.cū duobꝰ.C. de inoffi.teſt.⁊.l.ij.C.de fide inſtru. Et multofortiꝰ lata cōtra vnū cui in cōſequētiā ius cōpetit puta cōtra legatariū nō preiudicabit heredi vel alteri legatario. per tex.in.l.j. ſm intellectū cōem glo.⁊ doc.ff.de excep.rei indic. Jtem adde ꝙ ſnīa lata ꝯtra heredē nō nocet legatarijs in tribus caſibꝰ poſitis in.d.l. ſi ſeruꝰ plurium.§.j. vz qñ heres non defendit qñ colluſit ⁊ qñ fuit ſentētia lata per iniuriam ⁊ culpabiliter non appellauit alias eis nocebit .ꝑ predictā etiā ſi non fuerint citati: vt dixi.ſ.iſtomet. verſi.in verſi.⁊ interdū . Et viceuerſa dicas ꝙ ſnīa lata pro illo qui obtinuit in petitione hereditatis contra heredem ſcriptum nocet ſibi quo ad legatarios ⁊ creditores vt nō poſſit dicere ſententiā pro ſe latam eſſe iniuſtam: licet re vera ſit iniuſta ⁊ ipſis creditoribus ⁊ legatarijs prodeſt: vt eſt text. ſingularis in dicta.l.ſeruꝰ.§.j.qui ſm Dy. Bar. Jmo.⁊ Pau.de ca.nō eſt alibi in iure. ſed Bal. ibi adducit ſimile in.d.l.fi.C.de peti.here. Jtem ſi ſentētia eſſet lata ſuper reſciſſione teſtamēti inſtante eo cuiꝰ non intererat.⁊ in eius fauorem licet ſibi non proſit tamen proderit his quorū itereſt quāuis in iudicio non fuerint per tex.qui forte non eſt alibi ſm Pau.⁊ ſine forte ſm Ange.ibi in.l. poſthumus.§. ſi qs ex his.vbi Barto. no.ff.de inoffi.teſt. quē dixit ſingularē Alex. in.d.l. ſepe. col.ix.itē nō omitto vnum caſum ſingularem qui non eſt alibi in.l. controuerſia.ff.de tranſ.in quo trāſactio inter duos inita puta inter heredē ſcriptum ⁊ legitimum preiudicat creditoribꝰ vt habeāt neceſſe cōuenire vtrūqꝫ pro rata: licet regulariter ſecꝰ per nota.ꝑ Jnn. Ant.de bu.⁊ Panor.in.c.auditis.de preſcrip.per Alex.j.d.l. ſepe. col.pe.⁊ per Feli.in.c. peñ. de re iudi. Niſi in caſu quem ambo ponunt vz in caſu.c.vnici.de cōtrouer.inter vaſ. et alium de benefi.vbi tranſactio inita inter vaſallum ⁊ tertiū preiudicat domino feudi. Anto.de tremo.

in populari[a] actione ſi bona fide delatū ſit iuramētū nec ſit colluſum: vt.ff.de lib.ag.l.j.§.fi.⁊.l.ij.⁊ l.iij.in prin.⁊.ff.de ſtatu ho.l.ingenuū.⁊.ff.de inoffi.teſt.l. papinianus.§.ex cauſa.⁊.C.de libe.prete. vel exhere. autē. ex cā.⁊.ff.de iure iu.l.eum qui.§.in popularibus.

a In populari actione. Puta ſi qs eccleſiā vel ſepulchrū violat aut viam publicā vel albū pretoris in quibus ſnīa lata cōtra ⁊ vnū iuramētum per vnū delatū preiudicat ceteris ꝑpter autoritatē rei iudicate ⁊ iuramenti. Et ideo ſecus in pacto vel tranſactione vt eſt glo.ſolēnis.in.d.§.in popularibus hic alleg.quā dicit ſolenē Bal. in.c.cum ſuper.colū.pe.de cau. poſ. et proprie.et eam ibidem ſequuntur Albe.Saly.⁊ moder.reprobantes diſtinctionem ibi traditam per Barto.⁊ eſt alia glo.vbi etiam doct. tractant in.l. tranſigere.glo.mag.C.de tranſ.⁊ alia in.l.iij.ff.de popu.act. Jntellige tamē

UVA. BHSC. IyR_228_4

ſane in terminis quibus autor iſte loquitur videlʒ in actione populari: cuius commoduni per litiſconteſtationem fuit effectum propriū ipſius agētis tanꝗ procuratoris in rem ſuam. ꝑ.l.ſi cui.ff.de verbo.ſignifi. Secus enim eſſet in accuſatione que intentatur ad vindictā publicam ⁊ cuius effect⁹ pertinet ad fiſcū: q̄ nō pōt priuat⁹ iuramētū deferendo iura fiſcalia perdere ꝑ text. in.l. qui ceru.§. fi. ff. ad.l.iul. de vi. pub.cū ſi.ſm Bar. Bal.⁊ Moder. i.d. l.trāſigere. ſicuti ē dicem⁹ qȯ ꝑ remiſſionē iniurie nō fit preiudiciū vidicte publice ſiue pene fiſco applicande ꝑ textū. in.l.j.§. vſꝗ adeo.⁊ ibi Bar. ff. de iniur.⁊ Bar.i.l. interdū.ff.de fur.⁊ alibi ſepe niſi pena deſcenderet ex delicto commiſſo i omittēdo ꝑ.gl.ſingu.in.l.ij.glo. fi.ff. ad ſilleia.quē dicit ſingularē Bal. i.l. iuriſgētiū.§.ſi paciſcar.in.j.ff.de pac. ⁊ alibi ſepe. Pro q̄ gloſ. bñ facit gloſ. aurea. i.l. ſi mora. ff.ſolu.mat. q̄ vult grauius eſſe delictum in committendo ꝗ in omittēdo: quā dicit aureā Ant. corſe. in ſuis ſing. in ver. pena. in vltimo. Et quod autor iſte dicit de actione populari vt ſnia in ea lata faciat ius quo ad oēs ꝓcedit etiā in iure quaſi populari: ſiue quaſi publico: vt ſi opponat̄ cōtra electū aliquis defectus ad infringendā electionē nā lata ſentētia pro electo contra opponētē non poterit ali⁹ de eodem defectu amplius opponere: vt eſt gloſ. nota. in.c.cum dilecti.in verſi. indicatum. de elect. ⁊ in.c. cupientes.§.ceteruʒ. in verſi. nullū preiudicium.eodē tit. lib.vj.talis em̄ cauſa dicitur reſpicere bonum publicum ⁊ intereſſe commune cle. conſtitutionem. in ver. intereſſe cōmuni. et ibi glo. ⁊ doct. de elec. ⁊ tenet Alex. in.d. l.ſepe.colū.x. de re iu. Et idem ecōtra quod ſententia lata pro opponente defectum proderit omnib⁹: proderit omnibus quorum intereſt per textuʒ ſingularem. in.l. poſthum⁹.§. ſi q̇s ex his.ff. de inoffi. teſta. ſm Angeluʒ ibi.et Innocen. in c.ſuper his. de accu. De quo tex. dixi.ſ.eo.ver. in ver. non autem nouo. Antonius de tremolis.

## ¶ De impedimentis executiōis et cauſis nullitatis ſeu annullationis. Rubrica.

1 ☞ Appellatio a ſententia legitime facta impedit ſententie executionem.

2 Ordo iuris non ſeruatur coram principe: quia nō poteſt coartari.

3 Compromiſſio in arbitros appellatione pendente facta impedire poteſt ſentētie executionem.

4 Poſtulatio reſtitutionis in integrum habet ſententie executionē impedire.

5 Iudicati actio per nouationeʒ in nouam petitionem trāſducta impedit ſententie executionem.

6 Executio ſentētie ſuſpendit̄ vbi executor modū vult excedere vel ipſam ſententiam male interpretari.

7 Eexecutio ſententie ſuſpenditur vbi a ſententia eſt ſupplicatum ⁊ victrix pars nō prebeat dignam fideiuſſionem de reſtituendis.

8 Delegatus a principe vel a papa an poſſit impediri. ſentētiam a ſe latam exequi.

9 Controuerſia ſuper rebus ab executore ſententie captis orta non poteſt dici ſententia executa: ſed ſuſpenſa.

10 Sententie executio ſuſpenditur per ceſſionem bonorum.

11 Sententie executio ad tempus prorogatur in conditionali chirographo interlecto.

12 Executio ſentētie nō cadit in rem conductam vel locatam.

13 Sententia multis de cauſis venit annullanda.

¶ Rubri. de impe. execu. et cau. nul. et annul.



UVA. BHSC. IyR_228_4

14 Snīa ratione perſone iudicātis ſeu litigātis ſepe redditur nulla.
15 Sententia ratione quātitatis vel temporis venit annullanda.
16 Sentētia poteſt ratione modi et qualitatis eſſe nulla.
17 Snīa rōne ꝯditiōis pōt ānullari.
18 Excipi an poſſit et qualr̄ a snīa q̄ perpetuo tempore dicitur nulla.
Exceptio q̄libet eſt perpetua preter non nume. pecu.

Sed q͛ ſupraſcripte exceptiões q̄ poſt snīaꝫ opponunt̄ exceptis macedoniani et velleiani ⁊ bn̄ficio cōpetēte his perſonis q̄ iquātū facere pn̄t ꝯdēnāt̄ iudiciū reddūt nullū: ⁊ cōiter oēs impediūt[a] executionē. Ideoqꝫ de ipedimētis executionis ⁊ de cauſis nullitatis ſeu ānullatiōis breuiter videam⁹.

a ¶ Impediunt executionem. Quia iſte articulus an exceptio nullitatis ſentētie impediat illius executionem eſt quotidianiſſimus ⁊ vtiliſſimus vt verbis vtar Alex. in. l. iiij. §. condēnatum. ff. de re indi. ⁊ Barto. ibi tradit theoricā quā Alexan. ibi in. ij. colū. dicit eſſe ſatis cōmunē: ideo ex mēte eiuſdem Bar. et aliorum ibi breuiter fac tres ꝯcluſiones. Prima qđ vbi excipiens de nullitate snīe nihil hꝫ ꝓbare extrinſec⁹: puta quia ex actis colligit̄ nullitas vt quia nō conſtat ibi de citatione vel nō conſtat de mandato: ⁊ ſic fuit falſus procurator cū hoc caſu excipiens habeat intentionem fundatam ex actis certe ipediet̄ executio. allegat Bar. i. l. licet. C. de ꝓcu. col. ij. C. de ſen. q̄ ſine cer. quā. ⁊ dicit ita itelligēdā. l. ſi cū nulla. ff. de re indi. lꝫ itellect⁹ illi⁹. l. ſit valde diuerſus ſm Ang. Pau. Raph. cu. ⁊ moder. ibi. Qđ autem dixi de citatione intellige niſi iudex in ſententia ſaltim enuntiatiue faceret mētionem de citatione puta dicendo viſa citatione: quia per talia verba enuntiatiua probaretur citatio propter autoritatem ſententie a qua non fuit appellatum ſm Joā. de imol. ⁊ Jaſ. in. d. §. condemnatuꝫ poſt Spe. et Joan. and. in titu. de ſen. §. vt autem. verſi. ⁊ nota. ⁊ Ange. ⁊ Alexā. in. l. de vnoquoqꝫ. ff. de re indi. ¶ Secunda concluſio ꝙ vbi excipiens de nullitate habet neceſſe fundare intētionem ſuam per probationes extrinſecas ſi poſſit nullitatem probare incontinenti: ita ꝙ non requirat altiorē indaginem tunc etiā impedietur executio ſententie donec cognito de illi⁹ nullitate hac ratione quoniā in ſummarijs admittuntur exceptiones que poſſunt incontinenti probari. l. ille a quo. §. ſi de teſtamēto. ff. ad trebel. ⁊. l. iij. §. ibideꝫ. vbi Bar. ff. ad exhibē. Et snīe executio ē ſummaria et ſummariā cauſe cognitionem deſiderat. l. a diuo pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re indi. Et licet Ang. Jmol. Alex. ⁊ Pet. bel. in. d. §. condēnatum. limitēt predictam cōcluſionē nō ꝓcedere vbi appareret exceptionem nullitatis opponi ſolum cauſa differende ſolutionis ſiue executionis: ⁊ ſic malitioſe. tamē Jaſ. ibi in iij. col. putat limitationem ipſam non eſſe veram: quia per illam oblationem de probādo incontinenti purgatur preſumptio malitie ſm eū poſt Panor. in. c. ſuper eo. in. j. circa fi. de appella. qui ad hoc allegat glo. in. c. ſuſcitata. de in integ. reſti. ⁊ glo. nota. de iure ciuili. in. l. j. §. ſiue autem. in verſi. imperfectam. ff. de tabu. exhi. ⁊ Jaſ. allegat ad hoc tex. in c. literas. de reſti. ſpo. vbi quando probationes offeruntur incontinenti nō preſumitur exceptio calumnioſe opponi licet ad cautelam iuramentum exigatur quod Jaſ. vbi ſupra dicit mēti tenendum. Et ſic habes ampliationem ad predictam concluſionem qđ etiam ſi eſſet preſumptio contra excipientem de nullitate qđ malitioſe exciperet ex quo tamen ſe offert incontinenti probare impedietur executio. Quando autem dicatur incontinenti

UVA. BHSC. IyR_228_4

probari ſiue non requirere altiorem
indaginem habes tex.ſingularem in
l.ſi is a quo.in princ.ff.vt in poſ.lega.
vt dixi ſupra tit.de peremp.excep.ver
ſicu.iſtarum.ꝛ ſimilium.in verſi.ante
litem conteſtatã.¶Limita tamẽ pre=
dictam concluſionem.per text. in cle.
j.de re iudic. videlicet vbi eſſent tres
ſententie cõformes:quia ſi omnes vel
illarum vna dicantur nulle ad impe=
diendam executionem etiam ſi incon
tinenti offerentur probationes nõ tñ
impedietur executio: ſed executione
plenarie facta diſceptabit̃ de nullita=
te.Ita limitant Ang.Rapha.cu. Ale=
xan.ꝛ Iaſ.col.iiij.in.d.§.condemnatũ.
¶Intellige tamen niſi nullitas pro=
cederet ex defectu iuriſditionis vt di=
cam in ſequen.conclu.¶Item intelli
ge niſi reſpectu tertij:qꝛ ſi tertius pro
ſuo intereſſe opponeret contra ſentẽ=
tiam exceptionem nullitatis non ob=
ſtaret ſibi replicatio trium ſententia=
rum conformium iuxta. d. clemen.j.
que quia eſt exorbitãs non extẽdetur
ad tertium ſm gloſſam. Ioã. de lig. ꝛ
alios ibi.ꝛ Alexan.et Iaſ.in.d.l. a di=
uo pio.§.ſi ſuper rebus.ꝛ Feli.in.c.ve
niens.in.ij.colum.vj. verſi. tertio no=
ta.de teſti. pro quo eſt caſus ſingula=
ris.in.c.cum ſuper.de re iudi.quẽ di=
cit ſingularẽ Anto.de but.in.c. vt de=
bitus.de appella.vt per Iaſ.in.d.§. ſi
ſuper.col.fi. ¶Secũdo limita niſi ſen
tentia que allegatur nulla fuiſſet con
firmata per ſuperiorem:ꝛ a tali ſentẽ=
tia confirmante non fuiſſet appella=
tum:quia etiam ſi exceptio nullitatis
non exigeret altiorem indaginem:tñ
non impediet executionem nec eſſet
admittenda exceptio nullitatis ſm
Rapha.cuma.Alexand.et Iaſ.in.d.§.
condemnatum poſt Innocen.in.c. ſu
per literis. de reſcriptis allegantem.
ad hoc.c.j.de trãſ.Plus voluit Abbas
in.c.ea que.de re iudi.quod etiã ſi pri
ma ſententia eſſet nulla ex defectu
iuriſditionis iudicis tamen ſi ſequa=
tur ſententia confirmatoria a qua nõ
ſit appellatum non poterit opponi
exceptio nullitatis quẽ ſequitur Ale=
xander non facta mentione de eo. in
l.de pupillo.§.qui opus.columna.iij.
ff. de operis no. nuntiatio.et Iaſ.vbi
ſupra.columna.iiij.

¶Tertia concluſio erit quod ſi exce=
ptio nullitatis requirat altiorem in=
daginem: et non poſſit incontinenti
probari quod non impediet executio
nem:ſed illa facta tractabitur de nul=
litate:ꝛ illa probata retractabitur ſen
tentia et executio inde ſequuta. per
textum in.l.fina.C.de ordi.cog. ꝛ in.l.
finali.C. ſi ex fal. inſti. et in dicta cle=
menti.prima de re iudica. iſtam con=
cluſionem ponunt Barto. et ceteri in
dicto.§. condemnatum quam tamen
intellige niſi opponeretur nullitas
proueniens ex defectu iuriſditionis
iudicis: quia illa bene admitteretur
et impediret executionem ſententie
etiam ſi requireret altiorem indagi=
nem ſecundum Angelum in dicta.l.
finali.C.ſi ex fal. inſt. Rapha. cuma.
Alexan.et Iaſ.in dicto.§. condemna=
tum.Et etiam poſt tres ſentẽtias con
formes per gloſſam ſingularez in cle.
vna glo.fina.de ſequeſt.poſ.ꝛ fruc. vt
dixi ſupra titu.proxi.verſi.idem dico.
in verſicu.annullari. ¶Secundo in=
tellige quando ſententia ſeu eius exe
cutio eſſet tractabilis: quia tunc non
impediretur executio appoſita nulli=
tatis exceptione que requireret altio
rem indaginem.Secus in executione
irretractabili puta vbi ageretur de vi
ta hominis vel mutilatione membri
quoniam eo caſu quantũcunqꝫ requi
reret altiorẽ indaginem exceptio nul
litatis impediret executionem ſecun
dum Baldum.Ita limitantez in.l.ab
executione. poſt Cynum ibi. C. quo.
appella.non recip.et in.l.vna.C.de in
integrum reſtitutio.poſtu.nil.no.Ra
pha.cuma. Paulus de caſtro Alexan
der et Iaſon in dicto.§. condemnatũ.
vbi etiã ponunt quid de captura per=
ſone: et Alexander ibi ponit alias li=
mitationes: quas per te vide. Anto.
de tremolis.



UVA. BHSC. IyR_228_4

1 ¶ Et ipedimēta executiōis ſicut iſta. † Prio ſia ſnia fuit legitime[a] appellatū[b] ⁊ appellato: eſt intra

a ¶ Legitime hoc eſt ſecundum formam a iure traditam: de qua per iuriſconſultum in lege prima. §. libelli ⁊ l. ſequen. ff. de appella. ⁊ per Speculato. in titulo de appellatio. iudicia. in quarta parte ſpeculi. ⁊ p alios practicos. Item dic legitime id eſt in caſibus a iure nō ꝓhibitis: quia ſi eſſet caſus prohibitus non impediretur executio ⁊ ob. id auctho: iſte in ſequen. titu. ponet de impedimentis propter que quis appellare impeditur: vt oſtēdat in illis executionem per appellationem non legitimam nullatenus retardari. Ant. de tremolis.

b ¶ Appellatū. Ideo appellatio interpoſita impedit executionem ſentētie: quia appellatio extinguit pronūtiatum ⁊ fingitur nō iudicatum. textus eſt in lege. §. finali. ff. ad turpi. merito ſi ſit extincta ſententia non debet poſſe demandari executioni. Et licet multa iura dicant pronunciatum ſuſpendi per appellationem: nō autem extingui lege ſi cauſa cognita. C. de tranſ. ⁊ lege generaliter. in princi. C. de reb. credi. et capitulo venientes de de iureiuran. ⁊ capitulo paſtoralis. §. preterea. de offi. delega. ⁊ tenet glo. in lege tale pactum. §. qui ꝓuocauit. ff. de pac. tamen docto. in dicto. §. qui ꝓuocauit poſt Ang. ibi ⁊ Baldus in rubrica. C. de appella. imo. Alexander. ⁊ Jaſo. in. l. j. ff. de re iudica. ⁊ alibi ſepe communiter concludūt quod inſpecto preſenti ſtatu pronūtiatum extinguitur per appellationem et ſtatim quod eſt appellatum ſentētia perdit vires ſuas merito nō demādatur executioni: licet inſpecto futuro euentu quia poterit deſeri appellatio vel ſententia confirmari: dicitur ſuſpendi: et hanc dicit communem ſententiā Felynus in rubrica de appellatio. extra. Sed etiā poſito quod omni reſpectu appellatio ſolum ſuſpenderet effectū ſentētie certe nō debebit ſentētia executiōi demandari alˀs nō diceret appellatione ſuſpēdi. Ad premiſſa adde glo. ſolēnē in. c. ſepe in ver. ſnia. de ap. que vult ꝙ eps per ſentētiam depoſitus ſi appellet ⁊ pendēte appellatiōe excōicet ſuū ſubditum qđ valet excōicatio: q: fingit nō iudicatū ⁊ non depoſitus quā gl. dicit ſolēnē Jaſ. in. d. l. j. col. iiij. de re iudi. ff. ⁊ pro ea adducit tex. in. l. iij. C. de appel. Plus dico qđ nedum impedit executio ſnie poſt appellationem interpoſitam verū etiā pendente tēpore dato ad appellandū. glo. eſt ſingularis ⁊ nō alibi in. l. ex iudiciorum in ver. ſecuta. ff. de accu. quā dicit nō reperiri alibi Bar. ibi ⁊ eā dicit ſingularē Bal. i. l. vna. col. iij. C. ex delic. defunc. eā ēt dicit nō eſſe alibi Pau. de ca. in. l. ſi qs poſt. ff. de teſta. ⁊ eā dicit ordinariā in. l. q a latronibꝰ. §. j. e. ti. ⁊ pro illa glo. eſt tex. not. in. c. nō ſolū. de ap. lib. vj. ⁊ tex. in. l. ⁊ poſt rē. ff. de re iudi. q iura probāt paria eſſe: eſſe appellatū vel eē infra tēpora appellādi. Et ideo dicebat Ang. in. d. §. q ꝓuocauit in. viij. col. ꝙ pēdēte tēpore ad appellandū lʒ effectus quos ſnia ſecum trahit ipſo iure nō ſuſpendātur tñ reſpectu actuū executiuorū in quibꝰ requirit factū hominis bene ſuſpendit ſentētia. ⁊ Ang. ſequit Fely. in. d. rub. col. iij. dicēs ſemper ad eū recurrēdū. Premiſſa tñ intellige i terminis quibus loquimur vʒ in appellatiōe ſecꝰ eē in integrū reſtitutione q competit nō iure cōi ſed iure ſpeciali: quoniā in illa nō eſſent paria impetratā eſſe reſtitutionē ⁊ pēdere tempus ad illam impetrandū cum ea que iure ſpeciali euenire poſſunt nō ſint in ꝯſideratiōe donec exiſtāt. l. 3. §. j. ff. d fideicō. liber. tradit Bar. i. l. ij. col. ij. C. de ſen. paſ. et pleniꝰ in. l. iter ſtipulantē. §. ſacrā. col. pe. ver. oppono dr hic. ff. de ver. ob. ⁊ ſequit Jaſ. i. d. l. ⁊ poſt rē. itē qđ ſupradictū eſt appellationē extinguere ꝓnūtiatū. eſt verū in diffinitiua ſecus in

UVA. BHSC. IyR_228_4

interlocutoria que poſt ſe diffinitiuã expectat quia appellatio ab illa non extinguit nec ſuſpendit anteq̃ȝ iudici a quo fuerit canonice inhibitũ ne ꝓcedat.d.c.non ſolum. Item ſecus in appellatiõe interpoſita a ſententia a tempora[a] fataliũ dierũ anni vel excommunicationis ſuſpẽſionis vel interdicti aut abſolutionis ab eis in quib[9] agitur de ligamine anime que non ſuſpenduntur per appellationem.c. paſtoralis. de ap.ſecundum Angel.in.l.furti in princi.ff.de his qui no.infa.et docto. ſignanter Pau.de caſt.in.l.fina.C.ſi a non compe.iudi.contra gl.ibi contrarium tenentem.& iſtud vtrũq̃ ſequit Fely.vbi ſupra colum.tertia in fine. Antonius de tremolis.

a ¶Intra tempora fatalium. A quo autem tempore incipiat currere iſtud tempus fatale an a die late ſententie an a die interpoſite appellatiõis:an a tempore introducte cauſe appellatiõis coram ſuperiore diſputauit gl. in.l.fi.§.Illud.C.de tempo.ap.& Joã. and.vt ipſe refert in cle.ſicut appellationem.de ap.vbi eſt de iure canonico deciſum quod a die interpoſitiõis appellationis. Sed tu dic quod etiaȝ de iure ciuili hodie eſt ſine dubio qꝺ a die interpoſite appellatiõis ꝑ textũ in autẽ.ei qui appellat.vbi Barto.tenet.C.de tempo.ap.hic alleg.& i aut. ſi tamen.in verbo mote vel nõ mote. vbi etiam Bar.ponderat eodem titu. per que iura Pau.de caſt.in.d.l.fi.dicit iſtam opinionem hodie iure ciuili probari:& dicit Bald.in eadem.l.fin. in prin.ſtandum eſſe dicte decretali cum papa poſſit dubia iuris ciuilis determinare in vtroq̃ foro:dicit etiã Sali.in.d.§.illud iſtaȝ in practica ſeruari. ¶Sed ecce certum eſt quod index a quo poteſt ſtatuere terminum appellanti infra quem coram iudice ad quem ſe preſentet & ſi infra terminum prefixum ſe non preſentauerit appellatio eſt deſerta:quia talis terminus eſt fatalis.c.perſonas.c.cum ſit et.c.conſuluit.de appel.et ex text. qui de iure ciuili alibi non reperitur ſecundum Bal.ibi.in.l.preſes.C.eo. ti. Sed qꝺ ſi iudex a quo ſtatuat aliuȝ terminũ appellanti ad faciendum fidem de ſua preſentatione puta dicit cõpareas & te preſentes corã iudice ad quem infra mẽſem et infra alium menſem fidem nobis facias de tua preſentatione:ſi appellans ſe preſentauerit in termino & ſic ex illo capite nõ ſit appellatio deſerta ſi poſtmodum non faciat fidem de ſua preſentatione infra terminuȝ prefixum vtrum ꝓpterea erit appellatio deſerta. Bal.not.poſt Jac.but.in d.l.preſes tenet quod nõ quia hec pena non inuenitur a iure impoſita.et idem vult Alex.ibi in addi.ad Bart. ſubdens poſt Frede.de ſe.conſi.ſuo. xxvij.& poſt Ant.de but.qui etiam ſequitur Feder.in.c.ex inſinuatione.de ap.quod talis termini ſecundi prefixio operabitur quod iudex a quo elapſo termino poterit ſtatim executioni ſuam ſententiam demandare non obſtante quod appellans fuerit appellationem proſequutus non quod ob hoc appellatio ſit deſerta: ſed qꝺ iudex a quo iuſte potuit cogitare eaȝ deſertam nec reuocabitur executio remedio attemptatorum lite pendente et ante Alexan.hoc poſuit ro.ſingulari ſuo.clxij.inci.hoc neſciunt legiſte vbi dicit iſtud dictũ Frede.de ſe.eſſe not.et per neminem prius dictum et literis aureis ſcribendum & quod faciet tibi honorẽ ſi ſcineris cõſeruare ipſum.& Ludo.Roma.refert Fely.in d.c.perſonas.col.ij.in fi.ſubdẽs poſt domi.de rota.qꝺ licet talis executio nõ reuocet remedio attẽtatorũ lite pẽdẽte:tñ bñ reuocabit ſi appellãs obtinuerit dicit etiã Alex.vbi.ſ.qꝫ ſi iudex a quo poſt lapſuȝ ſecũdũ terminũ ſtatiȝ nõ exequat poterit appellator morã purgare & docẽdo de ſua pñtatiõe executionẽ ipedire. Itẽ nõ omitto qꝺ vbi appellatio eſt deſerta puta ob

UVA. BHSC. IyR_228_4

apoſtolos non petitos vel ob non fa=
ctā preſentationē vel quia non proſe=
quutā infra fatalia anni vel bienniȷ
ilico data deſertione ſententia eſt exe
cutioni demandanda nec habet con
demnatus quadri
meſtre vel aliam
dilationem legalē

a bienniȷ[a] prorogati ex iuſta

ad ſoluendum glo.eſt perpetuo men
ti tenenda ⁊ ſingularis in.l.ij.in verſ.
executioni.C.de tempo.ap.quam di=
cunt menti tenendam Bal.⁊ Pau.ibi
et idem Pau.ſingularem et pro ea ha
bes text.expreſſuꝫ ſm Bal.ibi i.l.quo
niam nonnulli.in verbo mox.C.de ap
pella.⁊ ſic Bald.⁊ Pau.intelligunt il
lam gloſſam quod ſiue a die ſenten=
tie fuerint elapſa tempora que dātur
iudicatis ſiue nō:quod ilico data de=
ſertione fiet executio.Sed certe hoc
non vult illa glo.ſed ſolum quod da=
ta deſertione perinde eſt ac ſi nō fuiſ=
ſet appellatum etiam per conſeqnēs
quod a die deſertionis non incipiunt
currere illa tempora que dantur con=
demnatis ſed a die ſententie ideo ſi
minus tempus fuerit elapſum quan
do deſeritur appellatio complebitur
anteꝙ̄ fiat executio ⁊ ita intellexit il=
lam glo.Alexan.in.l.iiij.§.ſi quis con
demnatus col.j.⁊ ibi etiam Jaſ.ff.de
re iudicata ⁊ Alexan.⁊ Jaſ.in l.debi=
toribus.eodem titu.⁊ Alexand.⁊ mo=
der.in.l.j.§.j.ff.de verb.obli.reſpon=
dentes ad.d.l.quoniam nonnulli ꝙ
ꝓcedit in debitore fiſci.Anto.de tre.
a ¶Uel bienniȷ.Adde tu quod dato
legitimo impedimento etiam dabit̄
triennium ⁊ quadrienniuꝫ ſi in trien
nio fuerit impeditus iſte eſt textus
in aut.de his qui ingre.ad appel.in
principio.verſiculo quid ergo agere
oportet.col.v.⁊ tex.in.c.ex ratione de
app.Sed aduerte quia inter impedi
mentum contingens in primo anno
et contingens in ſecundo:⁊ ſic inter
prorogationem bienniȷ ⁊ prorogatio
nem trienniȷ reperio duas differen=
tias:prima quia impedimentum in
primo anno facit dari bienniuꝫ ipſo
iure ſine miniſterio hominis quia da
tur a lege.Sed impedimentum in ſe=
cundo anno non facit dari trienniuꝫ
niſi mediante reſtitutione in integrū
iſta eſt ſententia gl.in aut.ei qui.quā
ibi ſequunt̄ Bart.
Bal.⁊ aliȷ.C.de tē=
po.appel.⁊ glo.in
d.aut.de his qui ingre.ad appel.in
ver.iuuaret.⁊ ibi docto.ſignāter Bar.
in.ij.col.in fine.Quod intellige ex mē
te eoꝝ qn̄ impedimētū cōtingeret in
ꝑſona ſua nō facto iudicis vel aduer=
ſariȷ dolo quia tūc ipſo iure ſeruaret̄
illeſus per aut.ſi app.C.de temp.ap.
Sꝫ ſi dolo tertiȷ cōpeteret ei actio de
dolo ſi eēt ſoluēdo alias i ſubſidiū da
bitur reſtitutio vt voluit gl.ibi ⁊ glo.
⁊ docto.in.d.c.ex ratiōe.Secūda diffe
rentia quoniam primo anno impedi
tus etiā vno die cōſequitur totū bien
nium ſed impeditus intra biennium
reſtituitur tantummodo ad tempus
impedimēti ſiue quātum durauit im
pedimentū in illo biēnio iſta fuit de=
terminatio Inno.Hoſti.quos aliȷ ſe=
quunt̄ in.d.c.ex ratione ⁊ glo.in.c.ſi
electio gl.fi.de elec.lib.vj.⁊ poſt Inn.
et Hoſt.Bal.⁊ Pau.de ca.in.d.aut.ei
qui.⁊ ibi etiā Alex.in addi.ad Barto.
faciunt nota.per Bar.⁊ doc.in.l.ſi ita
ſtipulatus eſſem abs te.⁊.l.ſequen.ff.
de ver.ob.Ratio iſtius differentie eſt
quia reſtitutio ad biennium ex impe
dimento in primo anno cōtingēte fit
ipſo iure per legem:vt dixi cum qua
mitius agitur ꝙ̄ cū homine.l.celſus.
ff.de arbi.Sed reſtitutio poſt biēniuꝫ
elapſum fit ꝑ iudicē ⁊ cū bn̄ficio reſti=
tutionis in integrū per quā nō reſti=
tuit̄ quis niſi ad tantū tp̄s quātū du=
rauit impedimentū ⁊ nō plus.ꝑ textū
in cle.j.de in integ.reſti.⁊ in.l.ſed et ſi
ꝑ p̄torē.§.quoties ⁊.§.ſed cū ferie ⁊.l.
ab hoſtibus.§.ſed qđ ſimpliciter.vbi
Bar.⁊ docto.ff.ex q̄.cau.ma.⁊ ita in=
tellexerunt text.in.d.c.ex ratione Ar=
chi.⁊ domi.de ſanc.gemi.ij.q.vj.i ſum
ma vcꝫ qđ ibi fiat reſtitutio quaten⁹
durauit ipedimentū ⁊ nō vltra quos

UVA. BHSC. IyR_228_4

ſequunt doct. ſignanter Fely.in.d.c.
ex ratione.Anto.de tre.
a ¶Ex iuſta cauſa.Inter iuſtas cau-
ſas textus in aut.de his qui ingredi.
de app. in princip.colla. quinta po-
nit inopiam ſiue
paupertatē vt paup a
tas ſit iuſta cauſa b
impedimēti et ſuf
ficiens ad cōcedē
dum ſecundū vel 2
tertium fatale:⁊ il
lum text.notāt ibi c
doctores ⁊ per illū
textum ita tenent
imo.et ceteri om-
nes in capitulo ex
ratione de appel-
lationibus.Sicut 3
etiā paupertas ex
cuſat ab appellan d
do in ſcriptis vel
vbi eſſet neceſſaria alia impenſa.l.ſi
ꝓcuratorē.§.ſi ignorantes.ff.man.ex
mente cardi.poſt Inno.in.c.ſignificā
tibus.de offi.deleg.⁊ doc.in.l.innitꝰ.
C.de ꝓcu.cū cōcor.ibi ꝑ moder.tradi-
tis.Sicut etiā excuſat nō ꝓteſtantem
ſm Bal.in.c.iij.de reſcrip.quē referūt
Iaſ.in.d.l.innitus et Fely.in.d.c.ex
rōne.Et multa de paupertate qñ ꝓſit
vel noceat vide per doc.ſignanter Ia.
in addi.ad chriſto.poꝛ.i.§.i.inſti.q.ex
cau.manu.non poſſ.vbi etiā ponunt
ad quē incumbat onus ꝓbandi pau-
pertatē ⁊ quomodo pꝛobetur.
b ¶Indici.Qui de hoc incidēti an
ſit deſerta appellatio vel non poterit
cognoſcere ſi cōtra petentē executio-
nē obijciat de appellatione interpoſi-
ta ⁊ per ipſum replicet de deſertione
iuxta cōſiliū Ang.⁊ moder.in.l.p̄ſes.
ff.de re iudi.de quo vide ibi per Ale-
xand.⁊ alios per eum relatos.Anto-
a Actione reali. Quoniam. ſ. eod. titu. verſicu. octauo ſi. ſuperdictū fuit quando tertius impedit executionez ſententie fiendam ſuper re non petita et in iudicium non deducta puta vbi actione perſonali actū fuit. Nūc cum authore reſtat dicendum quando tertius impedit executionem fiendam ſuper re petita ⁊ in iudicium deducta. Unde Barto. in. l. a diuo pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudi. poſt Innocen. in. c. cum ſuper. eod. tit. Et idē Barto. in. l. pe. ff. de peti. heredi. et in l. ita tamen. §. quoties. ff. ad trebel. diſtinguit quod aut res ſuper qua petitur executio fieri eſt vacans ⁊ tūc quilibet tertius ſe opponens executioni illam impedit per. l. fina. C. de edic. diui Adri. tol. ⁊. c. veniens. in. ij. de teſti. Aut res eſt ab aliquo poſſeſſa: et non impeditur executio: ſed vincens poſſeſſori preſtat cautionem de euz defendendo aduerſus tertiū per. l. is a quo fundus hic alleg. Et dicit cardi. flo. in dicto. c. veniens quod illa verba Innocen. ſunt ſubtilia ⁊ aurea ⁊ quod omnes doctores eum ſequuntur ⁊ quod Bar. fecit magnum feſtum in dicto. §. ſi ſuper rebus. ⁊ de ratiōe differentie vide vtrobiqꝫ videlꝫ per Innocen. ⁊ Bart. vbi ſupra. Tu autem ex dictis ſcribentiū in. c. cum ſuper. de re indi. ⁊ in. d. c. veniens. ⁊ in. d. §. ſi ſuper rebus. ⁊ in. l. ſi alienam rem. ff. ſolu. ma. limita primū Bar. membrum niſi ſe opponens haberet preſumptionem calumnie: quia tunc ſufficeret preſtare cautionez nec retardaretur executio. Ita tenet cardi. flo. in. d. c. veniens. in. ij. oppo. ⁊ in clemen. j. in. iiij. queſt. de re iudi. per tex. optimum in. c. ſuſcitata vbi etiam Panor. in. ij. col. de in integ. reſti. pro quibus Feli. in. d. c. veniens colū. iiij. verſicu. quod autem adducit gl. in. c. ſuper eod. in ver. tenebit ⁊ ibi Panor. de offi. deleg. que expreſſe hoc vult ſecundū eum quē latius vide ⁊ dixi aliquid. ſ. eo. ti. verſi. ſecundo ſi in integrum. Secūdo limita quando ille tertius ignorauit litem motã ⁊ ſentētiã latam: quoniã ſi ſciuiſſet ⁊ pro ſuo intereſſe non comparuiſſet non audiretur etiaz data cautione per. c. quãuis cum ſua materia de re iudi. et. l. ſepe. ff. eo. ſm Anto. de butri. pa. et Feli. in d. c. veniens. ⁊ tenet Alexan. de Imo. in. d. §. ſi ſuper rebus. col. poſt Imo. in dicto. c. cum ſuper ⁊ in. l. a ſentētia. in princi. ff. de appel. ⁊ dicit Alexan. q̄d hoc dictū tenēt cōmuniter doc. Secundū membrum Bar. amplia procedere etiã in beneficialibus vt videlꝫ tertius ſe opponēs executioni ſnīe la-

UVA. BHSC. IyR_228_4

¶Idem ſi condemnatus in actione noxali ⁊ in eſtimatiõe dãni ſeruũ intra quadrimeſtria[a] tẽpora pro noxa dederit.vt.ff.de pe.here. l.itẽ veniunt.§.idem recte.¶†Videamus nũc de cauſis nullitatis ſeu annullationis ⁊ quib⁹ modis ſententia annulletur.Annullatur ⁊ nulla pronũtiatur rõne iudicis. Ratione litigatoris contra quem

re ſuper beneficio non impediat executionẽ preſtita cautione victo de eũ defendendo contra tertium ẜm Inn. in.d.c.cum ſuper ⁊ eundẽ Inno.Io. an.⁊ docto.in.c.j.de cõceſ.preben.in vj.⁊ Pa.⁊ Fely.colum.iij.in.d.c.veniens ⁊ Iaſo.in.d. §.ſi ſuper rebus. a col.fi. Limita nũc primo vbi interueniſſet ſciẽtia ipſi⁹ tertij:vt dixi ĩ precedenti mẽbro.Secundo limita ſecũduʒ Imo.in.d.l.a ſententia in prin. in.v.col.ff.de appel.quẽ ſequit̃ Alex. in.d.§.ſi ſuper rebus.col.ix.verſicu.tñ poteſtis quando ille victus poſſideret:quia tunc impediet tertius executionem preſtita cautione ſecus tamẽ ſi ille tertius ſe opponens poſſideret: quia audiendus eſſet et impediret executionem per ea que habentur in d.c.cum ſuper ⁊ in.d.§.ſi ſuper rebus ⁊ in.l.ob maritorũ.C.ne vxor pro ma. et in.l.fina.C.ſi per vim vel alio mo.⁊ certe in illis terminis loquitur.d.l.a qua videlicet quando non tertius ſed victus poſſidebat. Limita tertio quando ille tertius opponens ſe executioni egiſſet pendente iudicio eius qui primo ad ſententiam peruenit vt tunc ſit neceſſaria preſtatio cautionis ne iſte ſecundus habeat neceſſe inchoare nouum iudicium et proceſſum contra vincentem qui in vim dicte cautionis preſtite victo tenebitur ſuſcipere iudiciũ contra tertiũ ex eadem inſtãtia ↄtra priorẽ poſſeſſorẽ ⁊ victũ agitata ex mente Bar.in.l.penul.ff.de peti.heredi.Si vero ſententia erat iam lata ⁊ in rem iudicatam tranſacta anteq̃ iſte tertius ageret tunc indiſtincte mandabitur executioni nulla preſtita cautione cum hoc caſu tertij non interſit a quo petat. Ita limitant Innocen.Anto.de but. Imo.⁊ alij in.d.c.cũ ſuper.⁊ idẽ Imo. in.d.l.a ſnia.in princi.col.v.⁊ Felyn. poſt domi.ſuum in.d.c.veniens.colũ. iij.verſi.declara primo.⁊ Iaſon in.d. §.ſi ſuper rebus.licet Alexã.de Imo. aliter dicat in.d.l.ſi alienam rem.col. fi.¶Quarto limita niſi executione ſententie et traditione rei vincenti poſſet ſequi periculum animarũ: quia tũc differtur executio donec ſecundus egerit puta duobus petentibus eandem mulierẽ in vxorẽ ſi alter prius perueniat ad ſententiã non eſt ſententia exequenda etiam preſtita dicta cautione ſed eſt omnino executio differenda.Iſta fuit ſingularis deciſio Innoc.quem ibi ſequunt̃ Pa. in rubri.de ſpon.duo.extra.⁊ Fely.in d.c.veniens.col.iij.⁊ Iaſ.in.d.§.ſi ſuper rebus.col.fi.Et iſta notabis q̃ nõ inuenies per aliũ ſic collecta. Antonius de tremolis.

a ¶Intra quadrimeſtria.tu dic ꝙ imo iſta facultas dandi ſeruum ꝓ noxa que competit ex diſpoſitione legis durat etiam poſt quadrimeſtria tẽpora vſq̃quo condemnatus cõueniatur iudicati ⁊ quidem vſq̃ ad litiſconteſtationem ſuper actione iudicati ꝑ tex.ſingularem in.§.idem recte.hic alleg.vbi glo.expreſſa Barto.⁊ docto.⁊ dicit ibi gl.hoc probari illa ſola lege ⁊ idem voluit Bar.⁊ omnes poſt gl. ibi in.l.miles.§.decem.ff.de re iudi. Secus autem ſi facultas competeret ex diſpoſitione hominis puta debitori meo in centum dedi facultatẽ mihi ſoluendi aliud pro dictis centum:certe huiuſmodi facultatem perdit per litiſconteſtationem factam ſuper debito principali per textum.cui Bart. ibi neſcit dare concordantem.in.l.ſi q̃s ſtipulat⁹ fuerit decem in melle.ff. de verbo.oblig.queʒ Pau.ibi dicit ſingularem et non alibi:⁊ hoc ideo quis

UVA. BHSC. IyR_228_4

fertur[a] ratione quantitatis: ratione temporis: ratione modi: et ratione conditionis. ¶ † Ratione perſone iudicātis. quia ſeruus quia minor .xxv. annis. nec eſt a principe delegatus impubes furioſus famoſus[b] a dignitate ꝓpter ſui turpitudinem remotus vel quia iudicauit in cauſa ſua que dic. vt ſupra quibus modis examen ordinarij iudicis declinet. §. in perſonam iudicis ⁊ in alia rubricella de impedimentis ⁊ exceptionibus que delegatis iudicibus opponuntur. §. ſi vero nullū ⁊ §. generaliter.[c] ¶ Ratione ꝑſone litigatoris: q: iudicatū eſt cōtra minorē[d] indefenſuꝫ ſine tutoris aut curatoris autoritate ⁊ ꝯ prodigū

14

mitius agitur cū̄m lege quā̄ cum homine lege celſus. ff. de arbi. Item aduerte cum autor dicit ⁊ in eſtimatione dā̄ni quoniam idem eſſet ſi eſſet condemnatus alternatiue ad decem vel ad dandum ſeruū̄ pro noxa. quia etiā̄ a hoc caſu ſola decē̄ ſunt in obligatione ⁊ ſerui datio eſt in ſolutione ſi condemnatus velit: quia ſententia eſt b intelligenda ſecū̄dum naturā̄ actionis propoſite: vt eſt text. ſolennis ſecundum Iaſ. in d. §. decem. Et ideo non facias vim ſine fuerit ſimpliciter condemnatus c ad decem ſiue alternatiue ad decē̄ d vel ſerui deditionem: quia neutro caſu opterit preciſe peti ſeruus. ſed iuxta naturā̄ actionis ꝓpoſite poterit re⁹ condē̄natus dare ſeruum vel decem vſqꝫ ad litiſcon. ſuper actione iudicati vel alia in quam actio iudicati eſſet tranſfuſa puta ſuper petitione hereditatis vt in. d. §. idem recte. Licet ſecus ſit in ſtipulatione alternatiua que intelligitur ſecundum formam verborum ſententia autem ſecundum naturam cauſe vt in. d. §. decem vbi eſt melior tex. de corpore iuris ſecundum Rap. cuma. ibi Anto. de tre.

a ¶ Contra quem fertur. Addas tu vel pro quo fertur: quia etiam multotiens annullatur ſentētia ratione perſone illi⁹ pro quo ſeu in cuius fauorē̄ ferē̄: vt q: lata ꝑ furioſo ꝑ mortuo ꝑ infante pro abſente non contumaciter de quibus dices infra eo. verſicu. Ratione perſone in additiōe magna.

b ¶ Famoſus. Hoc tamen caſu non eſt nulla immo tenet iudicium ſi non opponatur vt dixi ſupra titu. proxi. in verſi. Idem dico in addi. in verſic. incompetente.

c ¶ Generaliter. In quibus locis de vnoquoqꝫ opportunas fecimus additiones.

d ¶ Contra minorem. Pro minore tamen lata ſententia tenet vt dicit autor iſte ſupra titu. quib. mo. ſuo no. ciuili agen. verſicu. ſimili modo vbi aliqđ dixi verū quia iuxta materie conformitatem ibi pollicitus fui me hic latius dicturum. Duo articuli erunt breuiter videndi. Primus vtrum ſentētia lata contra minorem indefenſuꝫ valeat. Secundus an ſaltim pro eo lata. Ad primum itaqꝫ dicas qđ ſentē̄tia lata contra minorem ſine autoritate curatoris eſt ipſo iure nulla per iura hic allegata. Intellige p̄mo etiā̄ ſi curatorem non haberet quia neceſſario eſt ei dandus: ⁊ ita diſtinctio. l. ſi curatorem habens. C. de in integr. reſtitu. non procedit in iudicijs: vt dixi in. d. verſiculo ſimili modo.

¶ Secundo intellige nedum in diffinitiua ſententia verumetiam in interlocutoria que etiam contra minorem lata non tenet ſecundum Guil. Petr. Cyn̄. Barto. Bald. ⁊ Paul. in. l. j. C. qui legi. perſo. ſtan. habe. in iudi. quod dicit Paul. perpetuo menti tenendum per text. in lege ſi preſes. C. quomodo ⁊ quando iudi. licet glo. in dicta lege prima teneat contrarium quam intelligunt prefati doctores ꝓcedere in interlocutoria de mittendo in poſſeſſionem de cuius natura eſt vt proferatur contra abſentem ꝓpter

ut etiam loquuntur iura per que dicta gloſſa. monetur. ¶Et quod alia interlocutoria contra minorem lata ſit nulla tenet etiam Barto.in.d.l.ſi preſes per illum tex.⁊ in.l.cum ⁊ minores.C.ſi aduer.rem indi.licet Bal. et Pau.ibi diſtinguũt vtrum habeat vim diffinitiue aut nõ ſed prima opinio optime probatur.in.d.l. ſi preſes in verſicu.quicquid eo tempore ſtatutum eſt. ¶Tertio intellige etiam in diffinitiua que lata eſt in ſecunda inſtantia que etiam contra minorez indefenſum lata nõ tenet licet Bar.contrariũ ſenſerit in.l.altenã.C.de procura.quem in hoc ibi reprehendũt Bal. Paul.Alexand.⁊ Jaſ.per text.in.d.l. preſes que plus probat ꝙ imo.etiam ſententia deſertionis appellationis id eſt per quam pronuntiatur appellationem fuiſſe deſertam licet ſit interlocutoria vt not.in cle.ſi.de appel. ſaltim magni preiudicij vt dicit Bal. in.d.l.preſes que tamẽ habet vim cõfirmationis ſententie vt eſt ſingulare verbum gloſ.in verſicu.circunduxit.in ea.l.ſi preſes ſecundum Bald. ibi tamen lata contra indefenſum minorem non valet:quia minor indefenſus non patitur ſententiam nec factũ ſententie equipollens per text.in.d. l.ſi preſes.qui ad hoc non eſt alibi ſecundum Bald.ibi.¶Quarto intellige nedum in ciuilibus:ſed nec in criminalibus per text.in.l.clarum hic allega.quia etiam in criminalibꝰ minor non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio ſine autoritate curatoris ⁊ hoc ſatis ſentit doctor iſte allegans.d.l.clarum.in quo vidi pleroſqꝫ iudices errare. ¶Limita nunc primo in interlocutoria de mittendo in poſſeſſionem de cuius natura eſt vt cõtra abſentes feratur vt dixi. ¶Et ideo inferebat Bald.in.d.l.cum ⁊ minores quod bannum poteſt promulgari contra minores indefenſos non tamen ad mortem ſecundum Bald. in.d.l.clarum poſt medium licet ſecũdum eum ſtatuta prouideant cõtrarium. ¶Et qđ vigore ſtatuti minores ex ficta confeſſione ex contumatia reſultante poſſint poni in banno tenet idem Bal.in.l.vna. colum.xiiij.verſi. iuxta hoc quero.C.de confeſſ.dicens ſecus credere de pupillo.Secundo limita in cauſa momentanee poſſeſſionis in qua minor agendo habet legitimam perſonam ſtãdi in iudicio nõ defendendo per tex. ſingularem ſꝫm Paul.de caſt.ibi in.l.momentanee.c. qui legi.perſo.de quo dixi in.d.titu. quibus modis ſuo noie.ciui.agẽ.verſicu.Jtem pupillus in verſi.momentanee poſſeſſionis. ¶Tertio fallit in pleriſqꝫ alijs caſibus in quibus minor habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio quos autor iſte ponit in dicto verſicu.ſimili modo.et ibi dixi. ¶Quarto fallit vbi interueniret iuramentuz ex his que poſui in titulo de peremptorijs excep.verſiculo poſt ſententiam.in ver. minor viginti quinqꝫ annis.¶Secundum articuluz quod valeat ſententia lata pro minore non obſtante quod iudicium claudicet declara primo procedere nedũ in adulto.de quo loquitur lex non eo minus. C.de procurato.verũetiam in pupillo:vt pro eis lata ſententia valeat ſꝫm Bald.Sali.Alexan.⁊ Jaſo.in.d.l.non ideo minꝰ ꝑ glo.in.l.neqꝫ tutores in ver.interueniẽte.eo.tit.⁊ in.l.pupillꝰ nec velle.ff.de reg.in.¶Scđo itellige etiã ſi nullꝰ interueniſſet pro minore: ſꝫ ſolꝰ litigaſſet ꝑ ſe qꝛ adhuc ſẽtẽtia pro eo lata erit valida lꝫ textꝰ in.d.l. nõ eo minus loquat̃ qñ aliqͣs interuenerat:ita voluerũt Cy. Saly.Alexã.⁊ Jaſ.ibi ꝑ gl.iuncto tex.in.l.j.C.q̃ legi. perſo.¶Quod intelligũt ꝓcedere qñ eſſet talis minor q̃ nõ careret omnino intellectu:qꝛ ſi oino careret itellectu ſnĩa ꝓ eo lata eſſet ipſo iure nulla. ſicut lata ꝓ furioſo.l.furioſo.ff.de re iudi.ſcđm verũ intellectũ ⁊ cõem ⁊ hoc ibi tenent Bart.Alexan.⁊ Jaſ.⁊ Alex. ⁊ Jaſ.in.d.l.non ideo minus.¶Tertio ſꝫm Albe.⁊ Jaſon.ibi idem eſſet ſi ſnĩa ↄtineret plura capitula ⁊ in ali-

UVA. BHSC. IyR_228_4

quibus eſſet lata pro minore ⁊ in ali-
quibus contra: quia quo ad ea in qui-
bus ſententia eſt pro minore valebit
in aliis non. argu. l. ſi ex falſis. C. de
tranſ. ⁊ lege etiam. §. primo. ff. de mi-
noribus. ¶ Quarto quod dicitur in
minore procedit etiam in eccleſia vt
contra illam indefenſam et ſine le-
gitimo paſtore lata non valeat: pro ea
vero ſic cum eccleſia ⁊ minori equipa
rentur vt dixi ſupra titu. proximo. ver
ſicu. idem dico. in verſicu. inſtrumen-
ta. et hoc tenent cano. in. c. cauſam
que. in. j. de iud. et Alexan. ⁊ Iaſ. in. d.
l. non eo minus. de quibus mirandū
eſt ꝙ non allegent gloſſ. formalem. in
l. ſi preſes. C. quo. et quando iud. glo.
j. in cauda. que extendit illum tex. vo
lentem quod ſententia vel alius actꝰ
equipollens ſententie contra minorē
indefenſum non valeat vt procedat
in eccleſia viduata paſtore quam gl.
Bald. ibi dicit menti tenendam et eā
dicit ſingularem Barba. in capitulo
ex preſentium. columna ſecunda. de
pigno. et non poſſet illa gloſſ. eſſe ma
gis expreſſa. quam adde ad gloſſ. alle
gatas. in. d. additione. in verſicu. in-
ſtrumenta. ¶ Sed vtile dubium eſt
quid ſi ſententia non eſt lata contra
minorem nec pro minore: ſed adhuc
pendente iudicio allegatur nullitas
proceſſus per minorem agitati ſine
autoritate curatoris: an debebit iu-
dex pronuntiare ſuper nullitate non
expectato fine litis. Paulus de caſtro
poſt Petr. de bel. perti. et Cyn. diſtin-
guit in dicta lege non ideo minus.
quod aut nullitas allegatur per mi-
norem comparentem cum legitimo
curatore ⁊ eſt audiendus et ꝑ iudicē
pronuntiandum. Aut allegatur nulli
tas per aduerſarium minoris et tūc
aut ad fines eum repellendi quo ad
reliquum proceſſum et eſt audiendꝰ
cum ſua interſit ne iudicium ſit nul-
lū: et qꝛ iſta exceptio reddens iudiciū
retro nullum poteſt quandocūq; op-
poni. l. licet. C. de procuratoribꝰ. Aut
ad fines declarari faciendi proceſſū
retro nullum et tunc contradicente
minore non eſt audiendus ſed eſt ex-
pectandus finis et futurus euentus
declarabit vtrum proceſſus ſit validꝰ
aut nullus vt ſi pro minore feratur
ſententia ſit validus ſi contra ſit nul
lus. argumentum lege tertia. §. quod
autem. ff. de iure fiſci. hec ille. ¶ Verū
quia autor iſte non ponit niſi tria exē
pla nullitatis ex perſona litigatoris.
Facta occaſione adde quod ſenten-
tia lata nedum contra furioſum verū
etiam pro furioſo eſt mero iure nul-
la. lege furioſo. ff. de re iudicata. ſecū
dum verum ⁊ communem intellectū
docto. ibi. Et ratio diuerſitatis inter
furioſum et minorem ſecundum do-
cto. ibi eſt quia furioſus caret intelle
ctu et nullum habet animi iudicium.
Nō ſic minor: ⁊ ideo dixi ſupra quod
ſi minor eſſet talis quod careret in-
tellectu non teneret ſententia pro
eo lata.

¶ Secundo dico quod ſententia la-
ta contra iam mortuum eſt ipſo iu-
re nulla. lege in ſumma. §. finali. ff. de
re iudicata. et lege paulus. in. j. ff. que
ſententia ſine appellatio. reſcinda.
et lege de qua re. §. finali. ff. de re iudi
cata. qui text. plus probat quod etiā
ſi aliquis ſuſciperet defenſionem pro
mortuo tamen iudicium non teneret
vt etiam voluit glo. in dicta lege pau
lus quod intelligunt Bartol. ⁊ Pau-
lus de caſtro quando ante ſuſceptam
defenſionem eſſet mortuus ſecus ſi
poſt. argumentum lege ſi defunctus.
in principio. ff. de procura. et lege nul
la. C. eodē. que iura. dant alias duas
reſtrictiones ad dictam. l. paulus. et
alia iura ſupra allegata videlicet niſi
conſtituiſſet procuratorem qui litem
fuiſſet conteſtatus ante mortem do-
mini quo caſu teneret iudicium ⁊ ſen
tentia ferri poſſet contra ipſum pro-
curatorem quondam talis domini. di
cta lege nulla. vbi per ſcriben. Secun
do niſi etiā ante litē conteſtatā procu
ratore conſentiente vel tacente dn̄s
ſatiſdediſſet de iudicato ſoluēdo quo

UVA. BHSC. IyR_228_4

niam talis ſatiſdatio operatur vt mā
datum non reuocetur tacite ſcilicet
per mortem domini etiam lite non=
dum conteſtata vt eſt caſus ſingula=
ris ſecundum Paulum ibi.in dicta le
ge ſi defunctus.¶Et licet iure cautū
ſit inſtantiam tranſire a defuncto in
heredes.lege ſi eum hominem.ff.de fi
deiuſſoribus. Attamen ſi contra he=
redes non ſit agitata cauſa poſt mor=
tem defuncti ⁊ contra eos lata ſenten
tia ſed contra ipſum defunctum non
valebit ſententia vt eſt caſus nota.
ſecundum Paulum ibi et menti tenē
dus in practica.in dicta lege paulus.
vnde ſecundum eum ſis cautus vt fa
cias heredes citari vel dari curatorez
hereditati contra quem continuetur
proceſſus.et hoc vult etiam Alexan=
der de Imola. in dicta lege in ſum=
ma.§.finali.dicens poſt mortem de=
functi debere citari heredes per legē
edictū.ff.de iudicibus.et lege oratio=
ne.ff.de ferijs.¶Imo plus eſt quod
etiam pro mortuo lata ſententia non
valeret nec prodeſſet heredi quia ni=
hil eſt quod poſſit in perſonam mor=
tui fundari.argumentum text.in le=
ge eius qui in prouincia.verſiculo
quod ſi ſtipulator.ff.ſi certum peta=
tur.per quez ita dicunt ibi Paul.Ale
xander ⁊ Iaſon.et tenent Bart.Pau.
et Alexander.in dicta lege in ſumma.
.§.finali.et idem paulus de caſtro.in
dicta lege paulus.niſi fauore liberta
tatis per.l.cum quaſi.in principio.ff.
de fideicommiſ.liber.et fauore eccle=
ſie ſecundum Baldum. in lege vna
.§.in primo.C.de caducis tollendis.
¶De impetratione autem reſcripti
pro mortuo vel contra mortuum dixi
ſupra de impedi.et excep.que delega.
iudi.oppo.verſic.item excipit.¶Ter
tio dico quod ſententia lata cōtra in=
firmum non valet per text.ſingularē
in lege queſitum.ff.de re iudicata.de
quo dixi ſupra titulo quibus modis
cita.impu. conten. po. verſiculo et ſi
vocatus.in verſic.valitudine. Et ea=
dem ratione idem dico in ſententia
lata contra mulierem grauidam vel
recentem a partu cum tunc habeatur
pro infirma de qua etiā dixi in.d.ver=
ſicu.Et ſi vocatus in ver.plures.
¶Quarto dico quod ſententia lata
contra abſentem non contumacem
eſt ipſo iure nulla.l.ea que.C.quomo=
do ⁊ quando iud.et lege prima.§.itē
cum ex edicto.ff.que ſent.ſine ap.re=
ſcin.Si vero eſſet ꝯtumax teneret merō
iure:licet poſſet appellare niſi eſſet cō
tumax verus.lege eo.cum ibi no.C.
quomodo et quando iud.legē prima
C.quo.ap.non recipiū.⁊ lege properā
dum.§.ſinautem reus. verſiculo cum
aūt.C.de iudi.¶Dicetur autem non
contumax tribus modis primo ſi ci=
tatio non valuit iuxta totum titu.ſu=
pra qui.modis cita.impu.conten.po.
vel ſi fuit legitime citatus venire ta=
men non potuit iuſto impedimento
detentus quod impedimentum no=
tum erat iudici iuxta dictā legē queſ
tum.cum ibi nota.ſecundum Paulū
de caſtro.in dicta lege ea q̄. Tertio ſi
fuit citatus dominus ad audiendum
ſententiam qui per procuratorem cō
paruerat et procurator fuerat domi=
nus litis effectus:quia etiam ſi non
compareat dicetur non cōtumax nec
valebit ſententia contra eum lata.ſe=
cundum Barto.et alios in dicta lege
furioſo et Bartol.in lege prima.C.de
ſenten.et inter.om.iudi.Secus tamē
ſi compareret vel eſſet preſens in iu=
dicio ſecundum eos.¶Quarto ſi cō=
paruit et cauſante infirmitate illicen
tiatus receſſit:quoniam non leuis in=
firmitas facit citatum illicentiatum
recedentem excuſari a contumacia q̄
alias eſſet contumax per dictā legē
queſitum iuncto capitulo primo de
iudi.et capitulo conſtitutus de pen.
cum ſimilibus.Et idem ſi receſſit ſi=
ne licentia non propter infirmitatez
ſed quia mora erat graue damnum
allatura ſi licentiam expectaſſet ſe=
cundum Ioan.an.in capitulo poſtq̄
de elec.lib.vj.in nouel.quez ſequun=
tur Imo.⁊ Alexan.dicta lege queſitū.

UVA. BHSC. IyR_228_4

Sed an lata ſententia pro abſente nõ cõtumace valebit glo.in.d.l.ea que tenet non valere ⁊ idem ſentit gloſſ.in dicta lege furioſo ⁊ gloſſ.de infirmo loquens in dicta lege queſitum gloſ. prima quas ſequũtur Barto.⁊ communiter doctores in dicta lege furioſo ⁊ ibi dicũt Rap. cu.Alexan.⁊ Iaſ.illas cõmuniter teneri per illum textum et idem tenent cano.in capitulo cauſam que.in.j.de indi.Bartol.Bal. Ange.Salice.Alexan.et Iaſ.in dicta lege properandum.§.ſinautem reus. reprobantes.gloſſ.ibi in ver.contradictionem que contrarium tenet:et Barto.et alij in dicta lege ea que etiã ſi eſſet interlocutoria in qua eſſet neceſſaria citatio ſecunduȝ Alexandrũ in dicta lege furioſo in ſecunda lectura licet inaduertenter forte Iaſo.tenuerint contrarium in.l.nec quicꝙ. §.vbi decretum.colum.octaua.ff.de offi.procon.⁊ lega.adducens Bald. in.l.j.C.qui.non obij.lon.temp.pſcri. Sed certe Bald.loquitur de interlocutoria fauore abſentis de ſui preſentiam faciendo ſiue de iuſſu de citando in q̊ nõ eſt neceſſaria citatio vt etiã ibi declarat Alexan.in addi.ad Bal. dicens non procedere in alia interlocutoria in qua eſſet neceſſaria citatio que etiam in fauorem abſentis lata non tenet.Adde etiam ſi cauſa eſſet ſummaria ſecundum eundem Alexãdrum et Iaſ.in dicta lege furioſo contra Bartolum ibi volentem contrarium.¶Secus tamen ſi eſſet abſens cõtumaciter pro quo bene valeret ſententia per.d.§.ſinautem reus.Et hoc eſt inductum ad iuris rigorem conſeruandum per ea que notãt Moder. in.d.l.furioſo reſpondentes ad fundamẽta pe.de beſ.tenentis cõtrariũ. ¶Aduerte tamen quoniam premiſſa procedunt in ciuilibus cauſis.Secus autem in criminalibus in quibus bene valeret ſententia lata pro abſente etiam non citato per text.in.l.ꝗnis indubitati.C.ad legem iuliã de adulte.ſecunduȝ Alexandrum ⁊ Iaſ.in dicta lege furioſo.poſt Baldum in lege accuſatoribus col. penulti.C.de accuſatio.¶Quid autem de incarcerato vel alias legitime ĩpedito an ſententia contra illuȝ lata teneat Bart. in.l.ij.§.fina.verſicu.circa hoc quero. ff.de cuſto reo.⁊ idem Bartolus in lege ſecunda in vlti.verbis.ff.de in ius vocan.tenet non valere ſi iudex ſciuit impedimentum iuſtuȝ ſiue illius cauſam.alias valeret per dictam legẽ queſitum.⁊ ſequuntur ibi Imol.⁊ Alexand.dicentes quod licet hoc non habeamus bene expreſſum in iure tamen communiter dicitur quod idem ſit in quolibet alio impedimento qđ in infirmitate.Sed ſatis pendet ab illo articulo vtrum impeditus teneatur mittere procuratorem de quo dixi ſupra in titulo de excep.procu.in rubri.⁊ qualiter probetur impedimentum vide que ſcripſi ſupra in titulo quibus modis cita.impu.contẽ.po. ver.Et ſi vocatus.in ver.impeditus. Anto.de tremo.

cui bonis eſt interdictũ.[a] vt.C.ſi aduerſus rem iudi.l.cum et vos minores.⁊.ff.de re iudi.l.acta.§.cõtra indefenſos.⁊.C.de in integ.reſti.l.ſi curatorẽ habẽs.⁊.C.de auto.preſtã.l.clarum.¶Uel qꝫ con=

a ¶Cui bonis eſt interdictum.intellige a iudice vt dixi ſupra titu.quib. mo.ſuo no.ciui.agen.verſic.item ſine curatore.in verſicu.interdictũ qꝫ ante interdictionem habet legitimam perſonaȝ ſtandi in iudicio ſed poſtꝙ eſt interdictum equiparatur minori vt eſt glo.ſingularis et que alibi non habet ſimilem.in.l.ij C.de cura.furi. quam ita appellat Bald.in capitulo vno.in.ij.colum.de benefi.fra.et alibi ſepe Bald.illam ſingularem put etiã referunt moder.in.l.imperatores.ff. de re iudicata:que glo.ſecundum eos vult quod omnia priuilegia conceſſa minori competũt etiam illis qui per curatores reguntur puta prodigis et

UVA. BHSC. IyR_228_4

a demnauit[a] iudex reum principalem qui in iudicio nunq̃ fuit per ſe ſed per procuratorem tantum q̄ procurator debuit cõdemnari.vt C.de ſenten.⁊ inter.om.iu.lege.j.

furioſis.Sed certe nec tex.nec glo.in dicta lege ſecunda faciunt aliqđ verbum de prodigo ſed tantum de furioſo. ¶Verum eſt quod Bal.ibi hoc dicit videlicet quod idem credit in omnibus perſonis q̄ per curatores reguntur vt in prodigis qui minorib⁹ equiparantur allegat.l.fulcinius.circa medium.ff.ex q̄ cau.in poſſeſ.ea.et pro hac equiparatione eſt text.in.l.dabimus.§.fina.cũ.ſeq.ff.de priui.credi.Et pro illo dicto Bald.extendentis priuilegia minorum ad eos qui per curatores regunt̃ puta ad prodigos eſt gloſ.ſingularis.in capitulo paſtoralis.de iudi.quam ibi dicit ſingularẽ pro illo dicto Barba.et refert ibi Fely.colum.ij. Unde quemadmodum dixi.§.proxima additione quod ſententia lata contra minorem indefenſum eſt nulla ſed ꝓ eo lata valet:idem per omnia erit dicendum in prodigo cui bonis eſt interdictum.Anto.de tre.

a ¶Condemnauit.idem dicas tu ſi abſoluiſſet quoniam ſicut ſententia condemnatoria lata contra principalem qui nunquam fuit in iudicio:ſed per procuratorem litigauit eſt ipſo iure nulla.lege prima hic alleg.et nota.in capitulo querelam.de elect.⁊ in capitulo ſuſcitata.de in inte.reſt.⁊ vtrobiq̃ per ſcriben.Ita nec valet abſolutoria imo eſt ipſo iure nulla ſicut condemnatoria.iſta eſt gloſſ.ſingularis.in.l.ſi remunerandi.§.maurus.in verſic.ex euentu.ff.manda.quam ad hoc dicit ſingularem Bal.d.l.j.colum.iij.verſicu.quero lex noſtra.pro qua glo.Ludo.Ro.ſing.ſuo.ccccxlix.inci.text.eſt in lege prima dicit eſſe caſum ſingularez in capitulo inter dilectos.in fine.de fide inſtru.dicẽs ſe mirari de Bald.q̄ illum text.ignorauerit vt dicit Feli.ibi in penul.colum.ſimpliciter referens Ro.vbi.§.Sed certe non eſt mirandum de Bald.quoniã Bal.illum text.pro glo.predicta allegat in d.§.maurus.⁊ pariter aliam gloſſ.hoc etiam volentem in lege penulti.§.ad crimen.in verbo multoq̃ magis.ff.de publi.iudi.iõ magis eſt mirandum de Ro.et Fely.q̄ Bal.non viderint i.d.§.maurus.Niſi excuſares quod lectura Bald.ſuper.ff.veteri non eſſet illis pre manibus. ¶Sed in propoſito neceſſaria inſurgit difficultas:quid ſi procurator egit cauſam vſq̃ ad ſententiam modo citatur dominus principalis ad audiendum ſententiam.tamen non comparet et fertur contra eum ſententia.vtrum valebit tanquam contra contumacem lata:an vero erit nulla.Et idem poteſt queri in alio actu iudiciario expediendo poſtquam procurator fuit effectus dñs litis.puta ad videndum ꝓduci teſtes.in quo articulo Bartolus in lege procuratoribus.C.de procurato.et idem Bartolus in lege penultima.C.ſi aduer.rem iudi.et idem Bartolus in dicta lege prima.et in lege furioſo.ff.de re iudica.concludit q̄ ex quo procurator qui eſt dominus litis et inſtantie non fuit citatus ſed perſona principalis talis citatio tanquam illegitima non facit dominum contumacem:et per conſequens ſententia erit nulla tanquam lata contra non contumacem.⁊ Bartolum ſequuntur doctores in dicta lege furioſo.ſignanter Alexander.et Jaſon.et Baldus.in lege ſi quando.in ſeptima queſtione.C.de teſtib.et tenent cano.in capitulo in nomine.de teſti.Si autem dominus citatus comparuiſſet tunc propter ius vtile inſtantie quod dominus habet ſine ceſſione.lege in cauſe.§.finali.ff.de procura.procuratore non contradicente lege! que omnia.

UVA. BHSC. IyR_228_4

15 ¶ † Ratione quãtitatis quia cum delegatus eſſet[a] de maiori quantitate pronuntiauit quam delegatus eſſet inuitis litigatoribus.[b] vt.ff.de re iudicata.l.de qua re.§.

eo.titu.certe valeret ſententia contra eum lata ſm Bar.⁊ alios in locis ꝓallegatis ⁊ ad Pa.in.d.c.in noie.allegat tex.optimum in.c.ſi quidem cum glo.de procurato.lib.vj. ¶ Et multo fortius valeret ſententia lata pro eo. bene facit quia citatio inualida recõualidatur ꝑ cõparitionem ſpontaneam vt dixi.§. quib.mo.cita.impu.ↄten.po.in rubr. ad finẽ. Immo plus eſt ꝙ etiaȝ ſi non fuerit principalis citatus tamen fuerit preſens in prolatione ſentẽtie preſumetur fuiſſe citatus vt pro eo valeat ſententia. Non vt contra eum ſꝫ Bar.⁊ doc.ſignãter Ale.et Iaſ.in.d.l. furioſo.⁊ eundẽ Bar.in.l.ſi ꝓcuratori preſentis.ff.de ꝟbo.obli. Anto.de tre.

a ¶ Delegatus eſſet.idem dic in ordinario.l.finali.ff.de iuriſditione omnium iudicũ.ita vt non valeat ſententia etiã vſq ad quãtitatem de qua cognoſcere poſſet ſecundum glo.fi.ibi quam Barto.⁊ omnes intelligũt vbi ſentẽtia contineret vnum caput tantum.ſi vero plura capitula ſeparata poſſet tunc pro parte valere et ꝓ parte non.⁊ idem voluit Cyñ.Ray.Iac.but.et Bald.in.l.j.C.de erro.cal.Ro.in.l.j.§.penulti.ff.de verbo.obliga. Alex.plene et Iaſ.in dicta lege finali dicentes hanc diſtinctionem eſſe cõmunem.licet glo.in.l.ij.C.de re iudicata.et ſpecu.in titu.de ſentẽ.§.iuxta.verſicu.item eſt nulla ratione quantitatis.et ibi Ioan.and.in addi.placuit teneant contrariuȝ per iura quibus Alexand.vbi.ſ.reſpondet. Pro communi tamen facit quia quãdo in ſententia ſunt plura capitula ſeꝑata tot ſũt ſnie quot ſunt capita.gloſ.not.in.l.etiã.§.j.in verſi.audiendus.ff.de mino.quam ad hoc dicit not. Alexan.in.l.quod iuſſit.columna.iij.ff.de re iudi.et in.l.ſcire debemus.colum.j.ff.de verbo.obliga.et ibi Iaſ.pro illa gloſ.allegat meliorem tex.de iure.in.l.quid tamen.in princi.ff.de arbitr. ¶ Adde tamen pro limitatiõe ad predicta quod ſi pẽdente lite creſcat ſumma vel quantitas vltra iuriſditioneȝ iudicis ꝙ tamen tenebit ſententia dummodo tempore quo actum fuit non excederet iuriſditioneȝ.iſte eſt text.notabiliſſim⁹ ſecundum Bart.ibi.in.l.ampliorem.§.fina.C.de appel.quia ſufficit a principio fundataȝ eſſe iuriſditionẽ:licet in calculo ferẽde ſententie appareat aliquid quod a principio feciſſet obſtaculuȝ iuriſditioni ſecundum Bal.ibi.et idem tenet Barto.in.l.ſi idem cum eodem.in princi.ff.de iuriſd.om.iud. Itidem dicens vbi creſceret per inficiationem quia ſuper toto poterit cognoſcere etiam ſi excedat iuriſditionem ipſius iudicis et bene facit quoniam a principio litis iuriſditio recipit fundamentum lege cũ quedã puella.§.j.tit.preallegato. Antonius de tremolis.

b ¶ Inuitis litigatoribus.quoniaȝ volentibus et expreſſe conſentientibus partibus poſſet de maiori ſumma cognoſcere.d.l.de qua re.§.j.⁊ per tex.in.l.inter conſentientes.ff.ad muni. Non tamen eſt neceſſarius expreſſus conſenſus imo ſufficeret tacitus puta actore dante libellum de maiori ſumma ⁊ reo non opponente ſm Innocẽ.in.c.cum veniſſent.de in integ.reſti.quem refert et ſequitur Barto.in.l.j.in fi.ff.de iud.⁊ ideȝ tenet Pau.de caſt.in.d.l.de qua re.§.j.⁊ Angel.et Imol.in.l.quero.ff.de ſolu.cano.in.c.p.et.g.de offic.deleg. ¶ Aduerte tamen ꝙ prorogatio iuriſditionis non poteſt fieri etiam coraȝ ordinario niſi in eadem ſpecie iuriſditionis ita ꝙ ſi habeat ſolam iuriſditionem in ſpecie vt magiſtratus municipalis poterit eius iuriſditio in cauſis.eiuſdem ſpeciei iu-

UVA. BHSC. IyR_228_4

primo. et. C. ſi a nō competen. iudic. indi. eſſe dicta. l. prima. ¶ Ratione temporis [a] quia finito tempore ſue iuriſditionis non conſentientibus litigatoribus pronuntiauit. ff. de indic. lege ſecunda. §. ſed ſi iudex.

ciei iuriſditiōis prorogari. Si habeat mixtuz imperiū in cauſis mixti imperij ⁊ ſimiliter ſi habeat merum imperium in cauſis meri imperij. alias nō glo. ⁊ Bar. in. d. l. inter cōſentientes. Cy. ⁊ Bal. in. l. teſtamēta omnia. C. de teſta. dicentes per illū tex. illā demum iuriſditionē poſſe prorogari quā iudex hz in ſuos ſubditos cū prorogatio debeat fieri in his que ſunt eiuſdē forme. ¶ Unde infert ibi Bal. poſt Jac. de are. q iuriſditio latrūculatoris id eſt iudicis maleficiorū non pōt prorogari ſuper cauſa ciuili. l. ſolemus. §. latrūculator. ff. de indic. ⁊ de hoc eſt caſus nota. ſecūdum Bald. in. l. repetita. C. de epiſ. et cle. ¶ Et ideo gl. in. l. i ff. de indi. ⁊ alie glo. per Bar. ibi allegate dicebant in criminalib9 poſſe fieri prorogationē in eū qui haberet merū imperium de quo tamen remitto ad Bal. in. l. ſi qui ex cōſenſu. col. ij. Uſi. reuoco igitur in dubium de epiſ. audi. Ant. de tre.

a ¶ Ratione temporis. Adde tu idē ratione loci qr extra territorium ius dicēti nō paret impune. l. fi. ff. de iu. o. iu. c. ij. de cōſti. lib. vj. ¶ Vel etiā intra territorium in loco tamē exempto. c. cū epiſcopus. de offi. or. lib. vj. ⁊ ibi gl. in ver. non exempto. et do. de ſan. ge. in. iiij. no. dicens locum exemptū intra dioceſim quo ad iuriſditionē p ordinariū exercēdā equiparari loco extra territoriū. ⁊ idē voluīt Jo. an. ⁊ do. in. d. c. ij. dicētes ſtatutū epi nō ligare delinquētē i loco exēpto ſicut nec delinquētē extra dioceſiz ⁊ eādē eqparationē facit do. in. c. j. §. fi. col. fi. de pui. li. vj. allegat bonā gl. in cle. vna in ver. aut aliqua. de fo. cōpe. ⁊ ſequitur Jaſ. in. d. l. fi. col. j. ¶ Tertio etiam ſi intra territorium extra locū tamen maiorū quia etiā tunc ſentētia erit nulla. l. fi. ⁊ ibi Bald. ⁊ Jaſ. ff. de iuſtiti. ⁊ iure. ¶ Premiſſa tn̄ limita niſi de conſenſu partium quoniam exiſtens extra territorium poterit ius dicere inter conſentientes argu. l. quero. ff. de ſol. ⁊ qr iuriſditio reſpectu temporis pōt prorogari. l. ij. §. ſed ſi iudex. ff. de indi. ergo ⁊ reſpectu loci cuz de tempore ad locum bonū ſit argumentuz. l. vinū ff. ſi certum peta. ⁊ eſt text. in. c. ſtatutū. §. i nullo. de reſcrip. lib. vj. et ita tenetur communiter per doc. in. c. p. ⁊. g. de offi. delega. p Bal. Ful. Pau. de ca. Alexā. ⁊ Jaſ. in d. l. fi. de iuſti. ⁊ iure. per Bart. Ang. et Jmo. in. d. l. quero. ¶ Sed an ſit neceſſari9 expreſſus conſenſus an ſufficiat tacitus vno verbo conclude qd in ordinario ſufficit cōſenſus tacitus qui regulariter ſufficit in iuriſditiōis prorogatione per. l. ſed ⁊ ſi ſuſceperit. in prin. ff. de indi. Jn delegato requirit expreſſus. d. c. ſtatutuz. §. in nullo vbi eſt tex. ratio diuerſitatis: quia delegata iuriſditio eſt odioſa merito reſtringēda. ordinaria vo fauorabilis ⁊ ampliāda glo. in. c. diſpendia in ver. vel conuentionis. de reſcrip. lib. vj. glo. in cle. ſecunda glo. pe. de offi. ordi. ¶ Aduerte tamen ⁊ ſigna qd conſenſus expreſſus ordinarij illi9 territorij in quo vult ius dicere eſt neceſſarius in tali prorogatione: nec ſufficeret ſol9 partium conſenſus. Jta voluit gl. ſingularis reputata in. c. vt litigantes. gl. ij. de offi. ordi. in. vj. quā dixit ſingularem Pa. in. d. c. p. ⁊. g. ⁊ eaz dicit reputari ſingularem Alex. in. d. l. fi. Secūdo pro hac parte facit tex. in. c. epiſcopū ibi niſi forte cum voluntate ⁊ teſtimonio. ix. q. ij. ¶ Tertio argumēto ab ſpeciali hoc probat tex. in cle. vna. §. volumus inſuper. de foro cōpe. Licet Anto. de but. cardi. ⁊ Jmo. in. d. c. p. ⁊ g. quibus videt aſſentire Alex. in. d. l. fi. pro cōcordia opinionū diſtinguant vtrū iudex illius territorij ſciat ⁊ tunc nō ſit neceſſarius alius cōſenſus: aut



UVA. BHSC. IyR_228_4

neſciat ⁊ tunc requiratur. Sed primū vidi ſemper obſeruari. ¶ Secūdo fallit in iuriſditione volūtaria quā extra territorium ſuum poteſt iudex exercere glo. ⁊ omnes doc. in. d. l. fi. vnde poteſt epiſcopꝰ extra ſuam dioceſim exiſtens conferre beneficia ad ſuā collationem pertinētia. c. poſt electionem. de prebē. gl. ⁊ docto. in. c. nouit. de offic. leg. vt per Iaſon. in. d. l. fina. colum. ij. ¶ Tertio fallit etiam in contentioſa iuriſditione reſpectu delegationis cauſarū: q; illam facere poteſt extra ſuum territorium exiſtens vt vez delegatus intra territoriū cognoſcat. l. fi. ff. de offi. p̄fec. vrb. glo. in. l. iij. ff. de offic. preſi.

a ¶ Uel quia poſt veſperas ⁊ de nocte[a] pronuntiauit argu. in autē. de iudi. §. ſedebūt. ⁊. ff. d oꝛi. iuris l. ij. §. ⁊ q̄ magiſtratꝰ. licet ſit arg. cōtra. C. de tranſ. l. non minorem.

¶ Quarto limita vbi conſuetudo eſſet in contrarium per textum. in dicto capi. vt litigantes in fi. et in. l. iij. §. fi. ff. de teſti. ⁊ nimirum quoniam cōſuetudo dat iuriſditionem capitulo poſtulaſti. de foro compe. cum ſimilibꝰ.

¶ Quinto fallit in preſide vel iudice duorum territoriorū: q; negotia vniꝰ poterit in alio expedire text. ⁊ ibi Innocentius: in. d. capitulo nouit. Paulus de caſtro. Alexāder ⁊ Mari. Lau. in. d. l. fina. ⁊ ibi etiam per Iaſonem.

¶ Sexto fallit in excommunicatione quam epiſcopus poteſt ferre contra ſubditum in alieno territorio exiſtentem. glo. in dicto capitulo epiſcopum ix. q. ij. Innocen. ⁊ docto. in. c. fi. de fo. compe. Panormitanus in dicto capitulo nouit. ¶ Secus tamen ſi ipſe epiſcopus eſſet extra ſuam dioceſim: ſecundum gloſ. in dicto capitulo nouit. Non tamen propterea intelligas qđ ſtatutum epiſcopi liget delinquētem extra ſuum territorium: quia eſſet cōtra textum. in dicto capitulo ſecundo de conſti. in. vj. Sed intellige de ſubdito epiſcopi qui fuit preuentus vel deliquit intra dioceſim ⁊ poſtmodū ſe abſentauit.

¶ Quid autem econtra ſi epiſcopus exiſtens extra ſuum territorium velet abſoluere ab excommunicatione. vide gloſ. Innocētium ⁊ alios in dicto capitulo nouit. ¶ Septimo fallit in caſu cle. vnice. de foro compe. in epiſcopo a ſua dioceſi expulſo. ¶ Ultimo pro nunc generaliter fallit in omni actu qui ſine cauſe cognitione ⁊ iudice ꝓ tribunali nō ſedente poteſt expediri. Iſtam doctrinā tradūt Hoſt. Io. an. Ant. de but. et omnes in. d. capitulo nouit. de quo et alijs quibuſdam fallentijs. vide Iaſ. in dicta lege finali et quod ponit hypo. de Mar. ſingulari ſuo. cxxiij. inci. vidiſti anno preterito.

¶ Quarto principaliter dico ſentētiā nullam ratione loci ſi iudex ſecularis intra eccleſiam cognoſcere et ius reddere velit. per textum. in capitulo docet. verſiculo ceſſent in eccleſijs de immuni. eccle. libro. vj. Contrahentes vero licet peccent tamen tenent contractus: vt ibi per glo. in verſi. proceſſus. ¶ Intellige tamē ſane qđ actus in eccleſia per iudicē ſecularem geſtus ſit nullus niſi eſſet actus pius vt dare tutorem pupillo. ita ſigno. de homo. ꝯſi. ſuo. xxxij. incip. datus eſt curator generalis. ⁊ Ang. peru. in. l. iuſiurādum et ad pecunias. §. ſi de qualitate. ff. de iureiur. quos refert ⁊ ſequitur Iaſ. in. l. j. §. j. col. j. ff. de ferijs. hac ratiōe q; datio tutoris cum ſit actus pius pōt expediri die feriata in honorem dei. c. fi. de ferijs. ſaltim quando non eſt neceſſaria cauſe cognitio. Albe. in. d. §. j. et Bar. in. l. nec mandante. §. dari. ff. de tuto. ⁊. cu. dan. ab his. Sed argumentū de tempore ad locum procedit. l. vi num. ff. ſi certū petatur: ergo pariformiter in loco priuilegiato in honorez dei poterit dari tutor. Antonius de tremolis.

a ¶ De nocte. Dic ꝙ regulariter oīs actus voluntarius poteſt fieri de nocte ſicut ⁊ de die: vt. d. l. nō minorē vbi

UVA. BHSC. IyR_228_4

eſt tex. de tranſactione: ⁊ .l. teſtium .§. poſſe. de teſta. ff. vbi de teſtamēto ⁊ qd de inſtrumento noctu ſumpto voluit Bald. in .c. j. in pe. col. de fide inſt. dicens inſtrumentum noctu factū niſi ex cauſa neceſſitatis eſſe ſuſpectuʒ. a ergo ſentit tenere: ⁊ idem Bal. in d. l. 16 non minorem. in prin. dicēs inſtrumentum non eſſe falſum lʒ dicatur actū tali die vbi erat actū de nocte poſt Inno. in .c. ꝯſuluit. de offi. delega. qd verbum Inno. dicit non eſſe alibi Bal. in .l. more. ff. de ferijs ⁊ ibi ſequūtur Ange. ⁊ Iaſ. Et qd cōtractus et voluntates vltime et ſic actus voluntarij poſſint noctu expediri tenet Bar. in d. l. non minorem. ⁊ in d. l. more. Sed in actibus neceſſarijs puta in iudicijs ſecꝰ ſecundū eū. ¶ Et qd ſentētia lata de nocte ſit nulla prout tenet hic domi. Uber tʒ etiā glo. in .§. omnis glo. mag. inſti. de ver. ob. ⁊ ibi Ange. are. ⁊ gloſ. in d. l. more quā ibi ſequunt Bal. Bar. Ang. Pan. Alex. ⁊ Iaſ. ⁊ Cy. Barto. Bal. Saly. et Iaſ. in d. l. non minorē. Inno. Ant. de but. Imo. Panor. ⁊ mod. in .c. cōſuluit. de offi. deleg. Et iſtā dicit eſſe cōmunē Iaſ. in d. l. minorem pro qua iura hic allegata: ⁊ text. in d. c. conſuluit: licet contrariū teneat glo. ibi ⁊ glo. in .§. ſedebunt. hic allegato ⁊ ſentit glo. in d. l. non minorem quā etiam tenuerunt Iac. bu. ⁊ Albe. ibi dicens ita vidiſſe ſeruari: ſed Ange. in d. §. omnis dicit opinionem Barto. ſeruari. ⁊ qd recedens ab ea faceret litem ſuam. aliam etiam opinionē ponit ibi Ang. ⁊ aliā ponit Pan. de ca. in d. l. nō minorem. Sed eā ibi reprobat Alex. ¶ Et nedū procedit in ſentētia imo in omni actu expediendo per iudicē pro tribunali ſedentem: ſm Alex. ibi. ¶ Limita tamen hanc communem niſi partiū cōſenſu expreſſo vel tacito accedente: qꝛ cū pars poſſit contradicere ⁊ non cōtradicit videtur cōſentire. l. ſepe. ff. de re iudica. ⁊ .l. gaius. ff. de pig. acti. Si enim conſenſus partium operat prorogationeʒ loci. l. ſi vt proponis in .ij. C. quomodo ⁊ quādo iu. ergo et tēporis argu. l. vinū. ff. ſi certum petatur ſecunduʒ Salyce. Alex. de Imo. Io. ⁊ Iaſ. in d. l. nō minorem poſt Ioan. an. i addi. ad Spec. in ti. de ſenten. §. iuxta verſi. ſed nūquid. tunc in addi. in ver. de nocte. ⁊ Ioā. an. optime locutum teſtat Panor. in d. c. conſuluit. ¶ Et ex verbis Io. and. ibi limita ſecundo niſi cōſuetudo eſſet in .c. contrarium ſequuntur Ange. Pau. de ca. ⁊ Iaſ. in d. l. more et Alexā. in d. l. non minorem. ¶ Tertio niſi iudex eſſet impeditus multitudine cauſarum ſecundū Bal. in prohe. ff. §. itaqꝫ circa fi. quem ſequuntur Roma. ⁊ Iaſon. in d. l. more: et idem Ro. in .l. ſi vero. §. de viro. in .xv. fallen. ff. ſolu. matri. dicit tamen Alexā. in d. l. non minorem. quod huic limitationi repugnat. d. c. conſuluit. non violādo literam ⁊ pariter alijs quibuſdam limitationibus de quibus per euʒ ibi: ⁊ per Iaſ. in d. l. more. ¶ Unum tamē eſt notandum quod licet ſentētia noctu ferri non poſſit ab ea tamen bene poterit noctu appellari ſm Bald. in auten. hodie. coll. a. fi. C. de appella. fal. quia etiam die feriata poteſt appellatio interponi. l. j. ⁊ ibi Bar. C. de fer. ⁊ in .l. diuus. ff. eo. ⁊ ſequitur Iaſ. in d. l. more col. iij. verſi. vltimo adde. Antonius de tremolis.

¶ Uel tempore feriarum [a] vt. C. quomodo ⁊ quando iudex. l. ſi vt ꝓponis in .j. ¶ Ratione modi ⁊ qualitatis: qꝛ lata eſt ſententia a iudice ſtante ⁊ non ſedente [b] vel

a ¶ Feriarū. De hoc articulo vide q̄ ſcripſi. ⁊ poſui. ſ. ti. qui. mo. ſuo no. ci ni. agen. verſi. itē reijciunt actores.

b ¶ Et non ſedente. Intellige ꝓ tribunali in loco maiorum. l. pe. ff. de iuſti. et iure. alias eſſet nulla: ſecundum Bald. ibi argumen. l. ſi vt proponis in .ij. C. quomodo ⁊ quādo. ind. Niſi eſſet princeps coram quo ordo iudiciarius non ſeruatur: vt dixi ſupra eodē titu. in principio. Uel niſi de conſenſu



UVA. BHSC. IyR_228_4

partium Bart.ꝛ aliȷ.in.d.l pe.vel niſi actus eſſet voluntarie iuriſditionis per text.in.l.generaliter.§.fi. C. de re. cred.vbi Bal. per illum tex.dicit ſe cõſuluiſſe valere donationem inſinuatã in domo donatoris infirmi ꝛ ſequi a tur pau.de caſt.in d.l.pe. ❡Item fallit ſi actus cauſe cognitionem non exigat.l.ij.ff. quis ordo.in bo.poſ. ſer. ❡Itẽ fallit in arbitro ꝛ delegato Bal.Ang.ꝛ Iaſ. in.d.l. penulti.per.l.ſi cum dies.§.ſi arbiter. ff.de arbi. ❡Et in latrũculatorib⁹ ſiue iudicibus maleficiorum quos propoſitos mareſcallorũ dicim⁹ qui etiã in ſiluis malefactores condemnant ſm Bald.in.c.vno.§.preterea.in.ij.de prohi.alie.feu. per Fede.ꝛ in.d.l. pe. et ibi ſequitur Iaſ. ❡Itẽ fallit in epiſcopo qui in qualibet parte ſue dioceſis ius reddere poteſt.c. cum epiſcopus.de offi.ordina.lib.vj.
❡Item niſi ex cauſa timeret quia tũc etiam ex turri vel ſupra equum ſentẽtiam ferre poſſet gloſ.et Bal. in.l.j.C. de ſenten.ex peri.reci. Bald.et Iaſ.in dicta.l.penulti. ❡Uel niſi conſuetudo eſſet quod ſtaret rectus vt eſt in aliquibus locis ſm Iacobum butri. in dicta.l.j.Anto.de tremo.
a ❡Sine ſcriptis.non tamen eſt neceſſe ſcripturam eſſe publicam Ioan. and.ꝛ panor.in.c.albericus. de teſti. Alexan.de imol.in addi.ad Bar. in.l. j.C.de ſenten.ex.peri.reci. hic allega. ❡Iſtud etiam dicebat glo.in dicto.c. albericus. nõ procedere in cauſa matrimoniali:que ſine ſcriptis ferri poteſt:et illam gloſ.ſequitur ibi.Innoc. et ſimpliciter refert Alexan.in.d. addi.et Iaſ.in.l.nec quicq̃.§.vbi decretum.columna.xiij.ff.de offi.procon.et lega.et idem Iaſ. in.§. curare.colũna fina.inſti.de actio. ❡Sed contrarium tenet Specula.in titu. de ſen.§. iuxta verſicu.non valet etiam ibi item fallit.ꝛ ibi Io.and.ꝛ glo.in ver.illuſtriũ. in.c.finali.de re iudicata.lib.vj.ꝛ Hoſtiẽ.panormi.et Feli.in dicto.c.albe-

ſine ſcriptis[a] vel quia nõ cõtinet

ricus. per tex.in cle.ſepe.in ver.in ſcriptis.de verbo.ſignifi. iuncta clemen. diſpendioſam.in verſi. matrimonijs. de iudi.plus probat ille text.in dicta clemẽ.ſepe.ꝛ ibi firmat glo.ſuper ver. in ſcriptis qd etiã in cauſis in quib⁹ pceditur ſummarie et de plano ſine ſtrepitu et figura iudicij ſententia diffinitiua debet ferri de ſcripti recitatione:ꝛ illam gl. ibi ſequitur Cardi.zaba. ❡Aduerte etiã qꝫ ſcriptura ſolũ requiritur in diffinitiua ſentẽtia nõ aũt in interlocutoria que verbo ferri põt licet ſit poſtmodũ per notariũ ſcribã actorũ in ſcripturã apud acta redigenda.glo.in.l.iij.ff. de appel.glo.in.c.quoniam cõtra falſaꝫ. in ver.interlocutiones.de proba.glo. in.d.c.fi.gl.ij.ꝛ ibi ſequitur Domi. de ſan.gemi.Bar.in.j.col.ꝛ Iaſ.in.x. vbi dicit iſtam eſſe communeꝫ.in.d.§.vbi decretum.Bart.in.l.iij.ff.de appellatio.reci.ꝛ apertius.in.l.ij.C.de ſenten. ex peri.reci.ꝛ Bal. in.l.fi.eodem titu. ❡Ex quo correlarie infertur quod cũ condemnatio expenſarum ſit interlocutoria vt eſt gloſ. mẽti tenẽda quam ſequuntur cõmuniter doc.ſm Alexã. ibi in.l.quod iuſſit.gloſ. magna.ff.de re iudicata.Inno.in.c.ſacro.de ſentẽ. excõmu.quem refert ꝛ ſequitur Bald. in.l.j.verſicu.extra quero.C.ſentẽ.reſ. nõ poſ.volẽtes poſſe vt interlocutoriã reuocari ꝛ tenet Angel. in.l.paulus. in.j.ff.de re iudicata.quod talis ſentẽtia ſuper expẽſis poterit ferri ſine ſcriptis:prout voluerunt Ange.ꝛ Imol. in dicta.l.paulus.Ange.Imo.Alexã. areti.Iaſ.in.l.patris et filij.ff. de vulga.et pupillari.Plus voluit Bald.in dicta.l.patris.et Imol.in dicta.l. paulus.quod etiam ſi ſimul feratur ſententia ſuper expenſis ꝛ diffinitiua qꝺ ſuper expenſis poterit ferri verbo:licet diffinitiua debeat in ſcriptis ferri.ꝛ Bal.late defendit dicens eum rectius locutum Alexan.de imol. in dicta.l.patris. columna ſecunda. Niſi tamen iure actionis petite eſſent vt

UVA. BHSC. IyR_228_4

per Alexã. ibi ⁊ Iaſ. in dicto. §. vbi decretum. et dices al's ſuo loco. ¶ Secũdo infertur quod preceptum iudicis factum in confeſſum videlicet de ſoluẽdo infra decem dies. cum ſit interlocutoria nõ requiret ſcripturaʒ vt p Ioã. de imol. in. d. a. l. patris. ⁊ per Iaſ. in. d. §. vbi decretum. et in dicto. §. curare. in vlti. verſi. inſti. de actio. ⁊ Domi. de ſanc. gemi. late poſt do. de Rota. in dicto. c. fina. columna fina. ¶ Tertio infertur quod abſolutio ab obſeruatione iudicij cum ſit interlocutoria ſaltim reſpectu huius ſolennitatis quod poterit ferri verbo et ſine ſcriptis Bart. in. l. titia. colum. j. ff. de accuſatio. relatus ab Alexã. in. l. iuſte poſſidet. columna. iij. ff. de acquirẽda poſſeſſione. ⁊ a Iaſ. in. d. §. vbi decretum. et in. d. §. curare. ad finem. Sed forte non eſt verum per ea que dices paulopoſt de interlocutoria habente: habente vim diffinitiue. Quedam tñ interlocutorie ſunt neceſſario in ſcriptis ferende vt eſt ſententia excõmunicationis etiam nil diffiniens ſuſpẽſionis ⁊ interdicti. c. j. de ſen. ex. li. vj. et ſententia primi et ſecundi decreti propter earum grauitatem et preiudiciũ vt per Iaſ. in. d. §. nec quicq̃. Domi. de ſan. ge. tamen nõ relatus a Iaſ. in hoc tenet cõtrarium. in. d. c. fi. in fi. ¶ Item illa que habet vim diffinitiue que vt diffinitiua regulari debet vt eſt glo. ſingularis. in. c. fin. in ver. inanes de elec. lib. vj. quam dicit reputari ſingularem Alexan. in. l. ſtipulationum alie. in prin. colũ. ij. de ver. ob. ff. facit alia gloſ. reputata ſingularis. in aut. habita. glo. fina. C. ne fil. pro pa. ⁊ glo. in. l. intra vtile. in princi. gloſ. j. in fi. ff. de mino. de quo per Alexã. ⁊ Are. in d. l. ſtipulationũ alie. ⁊ per Feli. i rub. de re indi. extra. col. ij. ⁊. iij. cũ cõcor. p eos adductis. ¶ Scdo principaliter aduerte ſpeciale eſſe i qbuſdã diffinitiuis q̄ nõ ſit neceſſe eas ferri in ſcriptis de quibus per gloſ. in. §. curare. inſti. de arti. ⁊ per glo. ordi. in. d. c. fiñ. cui adde q̄ idẽ eſt in notorio ſm Inn. in. c. ex parte. l. j. de verb. ſig. Io. an. et docto. in. c. veſtra. de cohabi. cle. ⁊ mulie. Domi. de ſan. ge. in. d. c. fiñ. Imo. et Feli. in. c. euidẽtia. de accu. ⁊ Bal. in. l. preſbyteri col. ij. C. de epiſ. ⁊ cleri.

